This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

171 f 10
RG & 010

FRANCISCI PETRARCHAE

VITA AC TESTAMENTVM

ILLA AB IPSO POETA

ET

HIERONYM. SQVARZAFICHO

PROFECTA

HOC VERO

A PAVLLO MANVTIO

ET

IO. GEORGIO GRÆVIO

CONSERVATVM

EMENDAVIT MVLTIS LOCIS, NOTIS AC SINGVLARIBVS QVIBVSDAM AVXIT

IO. HENR. ACKER.

RVDOLSTADII,

SVMTV IO. MART. GOLLNERI,

ANNO MDCCXI.

ILLVSTRISSIMO DOMINO

DOMINO

IOANNI FRIDERICO BACHOVIO,

LIBERO BARONI AB ECHT,
POTENTISSIMI PRINCIPIS AC DVCIS GOTHANI, PATRIS PATRIÆ OPTIMI, SVMMO STATVS GVBERNATORI, ET CONSILIORVM DIRECTORI SAPIENTISSIMO

RELIQVA

HEROI TOGA INCLITO

MVSARVM FORTVNÆ AMPLIFICATORI MAXIMO

VITAM ET SALVTEM.

VIR ILLVSTRISSIME

PATRONE GRATIOSISSIME,

SVmmorum virorum bonitas non exiguo hominum numero definita eſt, ſed ad multitudinem pertinet, & conſulendo, tuendo, ſalutemque dando plurimis ad Deum proxime accedit. Quodſi enim verum eſt, quod concedetur profecto verum

rum eſſe, adpetentem ſimilium ſui eſſe bonitatem, bonos neceſſario diligent, adſciſcentque ſibi quaſi propinquitate coniunctos atque natura. Parent alii copiis, facultatibus, opibus, equos, aedificia, vaſa pretioſa, a quibus redamari non poſſunt: ipſi bonos ad ſe alliciunt, attrahuntque, quorum remuneratione beneuolentiae, & viciſſitudine ſtudiorum officiorumque fruantur. Haec philoſophia non ſolum Ciceroniana * eſt, ſed & propria in vniuerſum bene conſtitutarum mentium. Et Tv, VIR ILLVSTRISSIME, qui omni praeclara ſapientia abundas, hac admodum delectaris, & vita exprimis generoſa. Bonus es, bonus haberis, laxiſſimae ſunt bonitatis Tvæ habenae, quas nunquam adducis, ſaepius remittis, vt plurium manibus poſſint adprehendi. Quot fidos habes clientes, tot teſtes, tot praecones habes admirandae benignitatis Tvæ. Impri-

* Cicero de amicitia c. 13. & 14.

primis politioris litteraturae cultores ſtabilis cuiusdam beneuolentiae fiducia, immo certa iam fauoris poſſeſſione TE immortale ſuum praeſidium nominant, cui aeternum teſtimonium bonitatis ſe daturos eſſe profitentur. Simonides * ſuo tempore vidit ſapientes praeſtolari ad fores diuitum, & eam ob cauſſam diuites ſapientibus anteferendos eſſe interroganti Hieronis vxori reſpondit. Ad aedes TVAS non praeſtolari ſapientes, ſed velut optimam & pulcerrimam ſupellectilem vitae haberi, fama ſcientiaque omnium conſtat. Haec cauſſa eſt, cur ego me ad TE adiungam, & adplicem. Ex eorum etiam numero ſum, qui elegantiora ſectantur ſtudia, quique exemplo eruditorum ſuperioris aeui, cum illis iurisprudentiam coniungunt. Scio perpaucos reperiri eiusmodi hominibus fideles amatores, ſci contemni a ſemibarbaris, qui non

* Ariſtoteles lib. II. rhet. cap. 16.

intelligunt, quanto omnes litterae humaniores diſciplinis grauioribus tum praeſidio ſint, tum expeditionis facilioris adiumento. In pretio ſunt homines inepti, & tanto ſaepe ſtupore, vt nihil videant, nihil audiant, & id ſaepe neſciant, ipſi quid ſint, vtrum ſint, annon ſint, vt Catullus lepide id genus hominum alicubi pingit. Pecunia, germanitas, maiorum merita, & infinita alia faciunt, quibus ſi carerent, cum ſuibus per rura paſcua deberent ambulare. Quando deinceps in puppi ſedent, & clauum tenent, efferuntur faſtidio & contumacia, vixque erectioribus ingeniis relinquunt in ſententia locum. Vt eſt fortunatis inſipientibus nihil intolerabilius Quae cum ita ſint, merito vna cum aliis ad benignitatem TVAM confugio, & praeſidium adiumentumque quaero certius. Recipe igitur muſas meas, fauore Tvo complectere, adflatuque inuidiae tactas & iacentes quaſi, inducta ſpe cogitationeque meliore excitata, & alaciores redde. Nec minus beneuolo

uolo vultu dignare litterarium hoc munuſculum, quod cum profeſſione deuotae mentis dedico & offero. Quam gratiam ſi praeſtiteris, fortunam ipſam fortunis meis anteibo, & velut Tityrus alter ſub fagi meae tegmine recubans non vnum carmen meditabor honori Tvo. Inprimis venerabor Deum, vt cum tota ILLVSTRISSIMA domo feliciter viuas, & nec ipſe fleare TVIS, nec quisquam TVORVM fleat. Vale lucidum patriae ſidus.

(o)

PRÆFATIO
AD IVVENTVTEM.

FRanciſci Petrarchae facta atque famam nominis cum laude & bonis recordationibus tibi ſiſto, cupida vitae doctorum virorum iuuentus, vt vice legis obſerues, & placitum exemplum promtius ſequare. His enim finibus tam in legendis hiſtoriis, quam vitarum deſcriptionibus vtendum, quamuis ceteroquin differant, vt conſummatiſſimus vir, cuique multum debemus, Io. Nic. Hertius, in elementorum prudentiae ciuilis paedia §. 24. erudite oſtendit. In fronte ſtat Franc. Petrarchae epiſtola, vitam, conuerſationem & ſtudiorum ſuorum ſucceſſum exponens raro non tamen inaudito exemplo. Nam Tacito teſte in vita Iulii Agricolae cap. 1. plerique ſuam ipſi vitam narrare

rare fiduciam potius morum, quam arrogantiam arbitrati ſunt, nec id Rutilio & Scauro citra fidem aut obtrectationem fuit. Auguſtus Buchnerus inter ſeculi ſuperioris oratores ac poetas cum paucis comparandus in notis ad hunc locum p. 89. plures recenſet, qui hoc fecerint non modo durante republica, ac libertate, ſed poſtea quoque cum principatus eſſet inductus. Imperatores ipſi, inquit, quandoque in componendis rebus ſuis operam nauarunt, quin ſuam & feminae aliquando hanc voluerunt curam. Nam Agripinae commentarios, quibus ſuam vitam & caſus ſuorum prodiderat, Tacitus IV. annal. c. 53. memorat. Sed eius generis ſcriptorum nihil hodie ſuperſtes eſt, praeterquam Caeſaris commentarii de bellis, quae geſſit; & quaedam lacerae tabulae magis quam integri libri de Antonini commentariis, quos de vita ſua * condidit. Noſtra

* Libros duodecim εἰς ἑαυτὸν intelligit, quos varii varie explicant. V. C. Io. Chri-

aetate, pergit, haec antiquorum exempla aemulati ſunt Hieronymus Cardanus, qui de vita propria commentarium ſcripſit, & Iacobus Auguſtus Thuanus, qui libros VI. de vita ſua reliquit nobis, non minore voluptate, quam fructu legendos. Galliarum regem Henricum quartum magni Caeſaris exemplo rerum ſuarum cõmentarios incoaſſe, ſummae eruditionis viro Iſaaco Caſaubo-

ſtoph. Wolfius, Prof. Witebergenſis, fautor & amicus honoratiſſimus in Caſaubonianorum praef. §. 1. ſcribit, alios de vita ſua, alios de ſe, alios de rebus ſuis ſiue de iis, quas ad ſe pertinere cenſebat, alios de praeceptis ſibi traditis interpretari. Cum autem totum volumen monitis moralibus ad ipſum imperatorem directis abſoluatur, tituli vim illos putat adſecutos, qui illam cum Huetio demonſtrat. euangel. p. 66. ex Menagio in notis ad Diog. Laertium *per praecepta ſibi tradita*, vel *per ea quae ad ſe ipſum* latine exprimunt, aut Gallice cum elegantiſſimo Dacerio in eleganti iſtorum librorum verſione reflexiones morales hoc eſt meditationes adpellant.

bono alibi adnotatum eſt. Equidem eſſe in hoc inſtituto vitia nos non praeterit, & Cicero docuit epiſtola, quam ipſe ad Atticum IV, 6. valde bellam dixit, quae in libro V. ad diuerſos duodecima eſt, ad Lucceium hiſtoricum ſcripta §. 27. Quod te non fugit, inquit, haec ſunt in hoc genere vitia, & vt verecundius ipſi de ſeſe ſcribant neceſſe eſt, ſi quid eſt laudandum, & praetereant ſi quid eſt reprehendendum. Accedit etiam, vt minor ſit fides, minor auctoritas, multi denique reprehendant, & dicant verecundiores eſſe praecones ludorum gymnicorum, qui cum ceteris coronas impoſuerint victoribus, eorumque nomina magna voce pronuntiarint, cum ipſi ante ludorum miſſionem coronandentur, alium praeconem adhibeant, ne ſua voce ipſi ſe victores eſſe praedicent. Sed haec vitia vitauit noſter magno ſtudio. Indicauit virtutes ſuas fiducia quadam morum, nec de vitiis ſiluit, ad quae procliuius labi ſolet iuuentus delira-

Pe-

Petrarchae epiſtolam excipit
ronymi Squarzafichi narratio d
ta Petrarchae ad Petrum Con
num Venetum ſcripta. Nihi
hoc lexica litteraria produnt,
Hieronymus Ghilinus in rariſ
Theatro d' huomini letterati v
p. 127. haec de illo ſcribit, quae
cellentisſimus vir Io. Burcha
Menckenius, conſiliarius & hi
riographus regius, hiſtoriarum
feſſor meritisſimus in Academi
pſienſi, & ſocietatis regiae Angl
nae ſocius, patronus meus hon
tisſimus vertit, & beneuole
cum communicauit: Hieronyi
Squarziafico, inquit ille, natus
xandriae nobili familia, iuuenis
terarum ardore permotus, ſu
pto itinere totam luſtrauit Italian
Europae quoque reliquam part
non contemnendam. Hinc Ve
tias delatus publicam illic liberali
artium profeſſionem conſtituto
nuo ſtipendio nactus eſt. Ita
Graecos & Latinos ſcriptores m
tos explicauit, notisque doctiſſi

il

lluſtrauit. Imprimis vero Ioſephum de bello Iudaico & Plinium a plurimis mendis perpurgatos edidit, vitamque Ioſephi & imprimis Fr. Petrarchae familiaris ſui eleganti ſermone deſcripſit. Magnum enim nomen ſtyli elegantia conſecutus fertur, & proſtant eius opera duobus tomis, in quibus primo loco comparet vita Petrarchae. Iacobus Philippus Tomaſinus epiſcopus Æmonienſis in Petrarcha rediuiuo c. VIII. p. 36. omnium prolixiſime, Petrarchae vitam pertexuiſſe, & in poemata * etruſca poetae multa cum aliis adnotaſſe teſtatur, illum frequenter ſequutus. His ſubieci teſtamentum Petrarchinum, quod in Tomaſino non extare, miror. Paullus Manutius commentario in lib. III. officiorum Ciceronis c. X. inſeruit, & Io. Ge. Graeuius Bel-

* Mutinae Lud. Ant. Muratorius Fr. Petrarchae poemata cum ſuis & Alexand. Taſſoni adnotationibus edet, vt ex diario Veneto ad me ſcribit vir inclitus Menckenius, qui me multis iam beneficiis ſibi obſtrictum habet.

Licet non negligenda ſint omnia, neque tamen nimis ſcrupuloſum eſſe decet in vita deſcribenda. Quae enim vſum non habent in re litteraria, nec fata ſunt ſingularia, illa ſunt omittenda. In vitarum deſcriptionibus ſcitu maxime ſunt neceſſaria patria & parentes, ingenium, mores, & animi characteres, praeceptores, ſtudiorum progreſſus, gradus & dignitates, vxor & breuibus deſcripta rei litterariae adminiſtratio, mors, & liberi. In his enim reperimus, quae vel imitemur, vel aliorum periculo admoniti vitemus. Quodſi vero vel puerilia ſigna, ni etiam in illis grauius quid reperiamus, vel minutiſſima quaeuis magna cura adnotemus, taediosum id non ſolum reddet lectorem, ſed noſtrum etiam laborem inutilem. Vale.

FRAN-

I. N. I.

FRANCISCI PETRARCHÆ

DE ORIGINE, VITA, CONVERSATIONE ET STVDIORVM SVORVM SVCCESSV EPISTOLA.

FRANCISCVS PETRARCHA POSTERITATI * SALVTEM.

FOrsit tibi forsan de me aliquid auditum, quamquam & hoc dubium sit, an exiguum & obscurum longe nomen alicubi seu locorum seu temporum peruenturum sit, & illud forsitan optabis, nosse quid hominis fuerim, aut quis operum

(A) exi-

* Iudicium posteritatis maxime curat sapiens, non solum excellere cupiens inter homines praesentis, sed & futuri aeui. Quod in Iulio Guersensio desiderant Scaligerana

exitus meorum, eorum maxime, quorum ad te fama peruenerit, vel quorum tenue nomen audieris.

Et de primo quidem variae erunt hominum voces, ita enim ferme quisque loquitur, vt impellit non veritas sed voluptas, nec laudis, nec infamiae modus est. Vestro de grege vnus fui, mortalis homuncio, nec magnae admodum nec vilis originis, familia, vt de se ait Augustus Caesar, antiqua; natura non iniquo, neque inuerecundo animo, nisi consuetudo contagiosa nocuisset. Adolescentia me fefellit, iuuenta corrupit, senecta autem correxit, experimentoque perdocuit verum illud, quod diu ante perlegeram, quod adolescentia & voluptas

---

prima p. 88. vbi. ita: Guersens. est vn excellent homme pour viure entre les hommes du present, mais non par l'auenir. Huc pertinet egregia Ciceronis ad Caesarem oratio c. IX. pro Marcello: Serui iis iudicibus, qui multis post seculis de te iudicabunt, & quidem haud scio an incorruptius quam nos. Nam & sine amore & sine cupiditate & rursus sine odio & sine inuidia iudicabunt. Quem locum nos oratione de iudicio posteritatis illustrauimus, quae in fronte primitiarum Rudolstadiensium cernitur.

ptas vana ſint, immo aetatum temporumque omnium conditor miſeros mortales de nihilo tumidos aberrare ſinat interdum, vt peccatorum ſuorum vel ſero memores ſeſe cognoſcant. Corpus iuueni non magnarum virium, ſed multae dexteritatis obtigerat, forma non glorior excellenti, ſed quae placere viridioribus annis poſſet, colore viuido, inter candidum & ſubnigrum, viuacibus oculis, & viſu per longum tempus acerrimo, qui praeter ſpem ſupra ſexageſimum aetatis annum me deſeruit, vt indignanti mihi ad ocularium confugiendum eſſet auxilium. Tota aetate ſanisſimum corpus ſenectus inuaſit, & ſolita morborum acie me circumuenit. Honeſtis parentibus Florentinis origine, fortuna mediocri, & vt verum fatear, ad inopiam vergente, ſed patria * pulſis Aretii ** in

* Ob Gibellinae factionis ſuſpicionem a Guelphis in exilium bonis proſcriptis & publicatis acti ſunt. Schroderen vita Petrarch. p. 17. Adde Machiauell. hiſt. Florent. lib. II.

** De loco natiuitatis apertius ſcribit epiſtola ad Ioannem Aretinum, vbi ita: quando vero tam anxie me rogas, plus etiam aliquid quam interrogas, reſpondebo. Non ſolum ergo Aretii, ſed in vico iuxta

in exilio natus ſum anno huius aetatis vltimae, quae a Chriſto incipit MCCCIII. die lunae ad auroram Calendis Auguſti. Diuitiarum contemtor eximius, non quod diuitias non optarem, ſed labores curasque oderam, opum comites inſeparabiles. Nec cura fuit lautarum facultas epularum, tenui victu & cibis vulgaribus vitam egi laetius, quam cum ex quiſitisſimis dapibus omnes Apitii * ſuc-

---

mo ciuitatis illius, qui hortus vulgo dicitur, heu flos aridus & fructus inſipidus natus ſatusque etiam fui. De domo ſcribit, non fuiſſe amplam ſeu magnificam, ſed qualis exulem decuiſſet, voluiſſe nonnunquam dominum domus illius eam ampliſicare, publiceque prohibitum, ne quid ex ea ſpecie mutaretur, quae fuiſſet, quando hic tantillus homuncio, tantusque peccator intra illud limen in hanc laboriosam & miſeram vitam venit. Maſſonus parte II. elogiorum p. 35. 36.

* Apitium Coelium intelligit, qui de obſoniis & condimentis ſiue arte coquinaria decem libros ſcripſit, quos nuper Martinus Liſterus Reginae Britanniae archiater cum Humelbergii, Barthii, Reineſii, Antonii van der Linden, aliorumque explicationibus & variis lectionibus edidit.

ſucceſſores. Conuiuia * quae dicuntur, cum ſint comeſſationes modeſtiae & bonis moribus inimicae, ſemper mihi diſplicuerunt, laborioſum & inutile ratus ſum, ad hunc finem vocare alios, nec minus ab aliis vocari. Conuiuere autem cum amicis adeo iucundum, vt eorum ſuperuentu nil gratius habuerim, nec vmquam volens ſine ſocio cibum ſumſerim. Nihil mihi magis quam pompa diſplicet, non ſolum quia mala, & modeſtiae contraria, ſed quia difficilis & quieti aduerſa eſt. Amore acerrimo, ſed vnico & honeſto in adoleſcentia laboraui, & diutius laboraſſem, niſi iam tepeſcentem ignem mors acerba, ſed vtilis extinxiſſet. Libidinum me prorſus expertem dicere poſſe optarem quidem, ſed ſi dicam mentiar: hoc ſecure dixerim, me quamquam feruore aetatis & complexionis ad id raptum, vilitatem tamen ſemper animo execratum; mox vero ad

Varii ceteroquin fuere Apitii, ſed omnes callidi deliciarum arbitri, ac erudituli palati cenſores, de quibus docte diſſeritur in des neuen Bücher-Saals erſter Eröffnung p. 53. ſequentibus.

* Vide de remediis vtriusque fortunae libr. I. dial. XIX.

quadrageſimum annum adpropinquans, dum adhuc & caloris ſatis eſſet & virium, non ſolum factum illud obſcoenum, ſed eius memoriam omnem ſic abieci, quaſi numquam foeminam adſpexiſſem, quod inter primas felicitates meas memoro, Deo gratias agens, qui me adhuc integrum & vigentem, tam vili & mihi ſemper odioſo ſeruitio liberauit. Sed ad alia procedo. Senſi ſuperbiam in aliis, non in me, * & cum paruus fuerim

* Hic veritatis limites tranſilire videtur Petrarcha, ipſe enim hinc inde quaſi ſorex proprio indicio perit. Squarzaſichus apertius loquitur, auidiſſimumque honoris & gloriae fuiſſe ſcribit, quae res a magnis ingeniis haud facile ſeparari poſſit. Tegunt hoc vitium multis excuſationibus docti.. Loca Ciceroniana hic non cumulabo, omnibus nota, ſed quae Muretus lib. XVI. var. lect. cap. 16. habet, producam: Et ſi, inquit, vitium omni natura foedum, & homine indignum eſt: quaedam tamen vitia ſunt, quae minus auerſeris; quaedam contra ita turpia; ut ſtomachum omnibus ac nauſeam moueant. Et vt herbae quaedam noxiae, quibus tamen in locis ſponte proueniunt, bonitatem ſoli, ſi cultus accedat indicant: ita e

rim ſemper, minor iudicio meo fui. Ira mihi per ſaepe, nocuit aliis nunquam. Amicitiarum appetentisſimus honeſta-

 rum,

quibusdam vitiis excelſus tamen & erectus animus intelligitur, quique ſi excolatur, egregii aliquid praeſtare poſſit: cum contra alia quaedam vitia ſint, quae degenerem, & abiectum ac ſervilem animum manifeſto arguant. Huic rei argumento eſſe poſſunt avaritia, & ambitio: quarum illa ſordida, & humilis eſt: haec magnis ac generoſis animis plerumque comes addita. Illa nihil magnum ac ſublime cogitat, ſemper auida, ſemper hians, ſemper querula, infuſcatis aerugine manibus, quod recondat quaerit, non quo fruatur, parata amicos, cognatos, parentes, patriam, nummis, ſi res ferat, addicere. Haec ſaltem aliquid petit, quod & magni ac fortes viri petunt: neque aliud fere intereſt, quam quod vir bonus honeſtatem ipſam ſequitur, gloriam, quaſi accesſionem aliquam, & publicum virtutis ſuae teſtimonium non recuſat: ambitioſus gloriam ſibi praecipue proponit: ea quaſi mercede detracta, ne virtutem quidem ipſam amaturus. Sed tamen contemptus pecuniae ſemper laudi: contemptus gloriae interdum vitio datur. Itaque Alexandrum Macedo-

rum, & fidelisſimus cultor fui, intrepide glorior, quia ſcio me verum loqui, indignantisſimi animi, ſed offenſarum obli-

---

nem, C. Caeſarem, & tales viros ab auaritia alienisſimos fuiſſe legimus, ab ambitione non item. Nota eſt Alexandri quidem illa vox: Interfeciſſem, ſi quis me tertium nominaſſet: Caeſaris autem illa, cum ignobile oppidum praeteriret, malle ſe illic primum eſſe quam Romae ſecundum. Tantum erat in utroque τὸ φιλόπρωτον. Fere igitur ſi alterutrum neceſſe ſit; ambitionem facilius ac libentius homines, quam auaritiam agnoſcunt. Vt Salluſtius (eius enim cauſa ſermo hic a me ſuſceptus eſt) in prooemio libri de coniuratione de ſe fatetur. Ac me, inquit, cum ab reliquis malis moribus diſſentirem; nihilominus honoris cupido eadem quae ceteros, famaeque auidia vexabat. Quascumque vero excuſationes Muretus, & alii adferant, tantum tamen non valent, vt vitium turpe non ſit, non plusquam vt auaritia, quia multae excuſationes eius cauſſa adferuntur, honeſta iudicetur. Non ergo culpa hic vacat Petrarcha, niſi diſcrimen aetatis aliquid faciat, quandoquidem, vbi veſtigia ambitionis lucent, plerumque addit, ſuiſſe factum

* obliuioſisſimi, beneficiorum permemoris. Principum & regum familiaritatibus, & nobilium amicitiis vsque ad inuidiam fortunatus fui; ſed hoc eſt ſupplicium ſeneſcentium, vt ſuorum ſaepe

more aetatis, more iuuenum, iuueniliter, ineuntis vero aetatis vitia virtutibus a ſe emendata fuiſſe ſcimus. Sed, inquis, non conſentanem eſt virum occultaſſe minus vitium, cum de maiori confiteatur. Mi bone, quicumque ita ſtatuis, ambitionis indolem ignoras. Multis inuolucris tegitur, & quaſi velis quibusdam obtenditur, vt, niſi omnes receſſus ſcruteris, non adpareat, & ipſi illi non ſentiant, qui hoc vitio maxime laborant.

* Eſt hoc proprium animi bene conſtituti. Cicer. pro Ligar c. 12. de Caeſare idem ſcribit: obliviſci nihil ſoles praeter iniurias. Praeclara ſunt, quae in notis adducit Abramus, imprimis elegans eſt epigramma Macedonii conſularis ex lib. 1. Anthologiae c. 51. quod ita ſonat:

Μνήμη καὶ λήθη μέγα χαίρετον. Ἡ μὲν ἐπ' ἐσθλοῖς,
Μνήμη τοῖς ἀγαθοῖς· ἡ δὲ κακοῖς λευγαλέοις.

Memoria & obliuio multum ſaluete: in operibus quidem bonis memoria, in malis autem obliuio.

mortes fleant. Maximi regum & meae aetatis amarunt & coluerunt me, cur autem neſcio, ipſi viderint, & ita cum quibusdam fui, vt ipſi quodammodo mecum eſſent, & eminentiae eorum nullum taedium, commoda multa perceperim. Multos tamen eorum, quos valde amabam, effugi, tantus fuit mihi inſitus amor libertatis, vt cuius vel nomen ipſum libertati, vel illi eſſe contrarium videretur, omni ſtudio declinarem. Ingenio fui aequo potius quam acuto, ad omne bonum & ſalubre ſtudium apto, ſed ad moralem praecipue philoſophiam & ad poeticam prono. Quam ipſam proceſſu temporis neglexi, ſacris litteris delectatus, in quibus ſenſi dulcedinem abditam, quam aliquando contemſeram, * poeticis litteris nonniſi ad ornatum

* Sacras litteras vt humiles & incomtas, & humanioribus impares nimio illarum amore, & contemtu harum, & opinione de ſe falſa, atque impotenti iuuenta diu tumidus adoleſcens fugit. Verum liber confeſſionum Auguſtini, aditus ei poſtremo fuit ad omnes ſacras litteras, ſibique librum illum praedicat autorem fuiſſe, vt adoleſcentiae vitia dimitteret, quod Maſſo ex epiſtola ad Donatum Grammaticum ſcripta declarat p. in elog. p. 82.

m reſeruatis. Incubui vnice inter mul-
ad notitiam vetuſtatis, quoniam mihi
mper aetas noſtra diſplicuit, vt niſi me
nor charorum in diuerſum traheret,
ıalibet aetate natus eſſe ſemper opta-
:rim, & hanc obliuiſci niſus, animo me
iis ſemper inſerere. Hiſtoricis itaque
lectatus ſum, non minus tamen of-
nſus eorum diſcordia, ſecutus in du-
o, quo me vel veriſimilitudo rerum,
l ſcribentium traxit auctoritas. Elo-
ıio, vt quidam dixerunt, claro ac po-
nti, ut mihi viſum eſt, fragili & obſcu-
, neque vero in communi ſermone
m amicis aut familiaribus eloquentiae
nquam me cura attigit, mirorque eam
ram Auguſtum Caeſarem accepiſſe.
ɔi autem res ipſa, vel locus, vel audi-
r aliter poſcere viſus eſt, paullo anni-
s ſum, idque quam efficaciter neſcio,
rum ſit iudicium, coram quibus di-
. Ego modo bene vixiſſem, qualiter di-
ſſem parui facerem: ventoſa gloria eſt,
ſolo verborum ſplendore famam
ıaerere. Tempus mecum ſic vel fortu-
vel voluntas mea nunc vsque partita
:. Primum illum vitae annum, ne-
ıe integrum Aretii egi, vbi in lucem
tura me protulerat, ſex ſequentes An-
è paterno in rure ſupra Florentiam
ıatuordecim paſſuum millibus, reuo-

cata.

cata ab exilio genetrice, octauum Piſis, nonum ac deinceps in Gallia transalpina ad laeuam Rhodani ripam, Auinio vrbi nomen, vbi Romanus pontifex turpi in exilio Chriſti tenet eccleſiam, & tenuit diu, licet ante paucos annos Vrbanus V. eam reduxiſſe videretur in ſuam ſedem, ſed res, vt patet, in nihilum rediit, ipſo, quod grauius fero, tunc etiam ſuperſtite, & quaſi boni operis poenitente, qui ſi modicum plus vixiſſet, haud dubie ſenſiſſet, quid mihi de eius habitu videretur. Iam calamus erat in manibus, ſed ipſe confeſtim glorioſum principium ipſum cum vita deſtituit infelix. Quam feliciter ante Petri aram mori, & in domo propria mori potuiſſet? Siue enim ſucceſſores eius in ſua ſede manſiſſent, & ipſe boni operis auctor erat; ſiue abiiſſent, & tanto ipſius clarior virtus, quanto illorum culpa conſpectior. Sed haec longior atque incidens eſt querela. Ibi igitur ventoſis ſimi amnis ad ripam puritiam ſub parentiaus, ac deinde ſub vanitatibus meis adoleſcentiam totam egi, non tamen ſine magnis digreſſionibus. Namque hoc tempore Carpentoras ciuitas parua & illi ad orientem proxima, quadriennio integro me habuit, inque his duabus aliquantulum Grammaticae, dialecticae, ac rhetoricae, quan-

tum aetas potuit, didici, quantumque in ſcholis diſci ſolet, quod quantulum ſit, clariſſime lector intelligis. Inde ad Montem Peſſulanum legum ad ſtudium profectus, quadriennium ibi alterum, inde Bononiam & ibi triennium expendi, & totum ciuilis iuris corpus audiui, futurus magni profectus adoleſcens, vt multi opinabantur, ſi coeptis inſiſterem. Ego vero ſtudium illud omne deſtitui, mox vt me parentum cura deſtituit: non quia legum mihi non placeret auctoritas, quae absque dubio magna eſt, & Romanae antiquitatis plena, qua delector; ſed quia earum vſus nequitia * homi-

* Huc pertinet, quod dixit neſcio quis, iurisprudentiam ſibi relictam virginem eſſe, in foro garrulis aduocatorum verbis perſonante meretricem fieri. Hoc vero genus hominum mirifice pingit Scaliger libro tertio poetices c. 15. ſcribens: Alterum genus Oratoris, nomine tantum, non re. Neque enim dignus eſt, qui cum illo commune quidquam habere videatur, ſed fori tintinnabula potius. Alienarum fortunarum, atque etiam capitis mercatores, ac potius mangones. Quae monſtra generis humani apud nos alit natura, vt inter ſuperos oſtentet diram ſpeciem Tar-

hominum deprauatur. Itaque piguit perdiſcere, quo inhoneſte vti nollem, & honeſte vix poſſem, & ſi vellem, puritas inſcitiae tribuenda eſſet. Itaque ſecundum & vigeſimum annum agens domum redii, domum voco Auinionenſe illud exilium, vbi ab infantiae meae fine fueram. Habet enim conſuetudo proximam vim naturae. Ibi ergo iam noſci ego, & familiaritas mea a magnis viris expeti coeperat, cur autem, neſcire me nunc fateor & mirari, tunc equidem non mirabar, vt qui mihi more aetatis omni honore digniſſimus viderer. Ante alios expetitus fui a Columnenſium clara & generoſa familia, quae tunc Romanam curiam frequentabat, dicam melius illuſtrabat, a quibus accitus, & mihi, neſcio an & nunc

---

tari inferni. Vulturii, harpyiaeque crudeni mulgae: qui ne ſanguine quidem miſerorum exſaturari queant. Nam quonam pacto viri boni erunt dico, quorum alter Eſt, alter Non de eadem re vaciferatur? Ac ſcholaſticis quidem ea verba frequentia: verum ſine cuiusquam diſpendio. At in foro non ſine pernicie diſputatur: eoque res adductae ſunt, vt qui vincit, ei longinquitatis taedio victoria ſit inſuauis, & impenſarum onus opprimat rei controuerſae vtilitatem.

nunc, & tunc certe indebito in honore habitus, ab illustri & incomparabili viro Iacobo de Columna Lomberiensi tunc episcopo, cui nescio an parem viderim, seu visurus sim, in Vasconiam ductus, sub collibus Pyreneis aestatem prope coelestem, multa & domini & comitum iucunditate transegi, vt semper tempus illud memorando suspirem.

Inde rediens sub fratre eius Io. de Columna Cardinale multos per annos non quasi sub domino, sed sub patre, immo ne id quidem, sed cum fratre amantissimo, immo mecum & propria mea in domo fui. Quo tempore iuuenilis me impulit adpetitus, vt & Gallias & Germaniam peragrarem, & licet aliae caussae fingerentur, vt profectionem meam meis maioribus adprobarem, vera tamen caussa fuit, multa videndi ardor ac studium. In qua peregrinatione Parisios primum vidi, & delectatus sum inquirere, quid verum quidue fabulosum de illa vrbe narraretur. Inde reuersus Romam adii, cuius videndae desiderio ab infantia ardebam, & huius familiae magnanimum genitorem Stephanum de Columna, virum cuilibet antiquorum parem, ita colui atque ita illi acceptus fui, vt inter me, & quemlibet filiorum nil diceres interesse. Qui viri excellen-

tis

tis amor & adfectus vsque ad vitae eius extremum vno erga me ſemper tenore per manſit, & in me nunc etiam viuit, neque vnquam deſinet, niſi ego ante deſiero. Inde etiam reuerſus, cum omnium, ſed imprimis patris illius taedioſisſimae vrbis faſtidium atque odium naturaliter animo meo inſitum ferre non poſſem, diuerticulum aliquod quaſi portum quaerens, reperi vallem perexiguam, ſed ſolitariam atque amoenam, quae Clauſa dicitur, quindecim paſſuum millibus ab Auinione diſtantem, vbi fontium rex omnium Sorga oritur. Captus loci dulcedine libellos meos, & me ipſum illic tranſtuli. Longa erit hiſtoria, ſi pergam exequi, quid ibi multos egerim per annos. Haec eſt ſumma, quod quidquid fere opuſculorum mihi excidit, ibi vel actum, vel coeptum, vel conceptum eſt, quae tam multa fuerunt, vt vsque ad hanc aetatem me exerceant ac fatigent. Fuit enim mihi vt corpus, ſic ingenium magis pollens dexteritate quam viribus. Itaque mihi multa facilia cogitatu quae executione difficilia praetermiſi. Hic mihi ipſa locorum facies ſuggeſit, vt bucolicum carmen ſylueſtre opus, libros duos ad Philippum ſemper magnum virum, ſed parum tunc epiſcopum Cauallienſem, nunc

nunc magnum Sabinenſem epiſcopum Cardinalem, qui mihi iam ſolus omnium veterum ſuperſtes, non me epiſcopaliter, vt Ambroſius Auguſtinum, ſed fraterne dilexit ac diligit. Illis in montibus vaganti ſexta quadam feria maioris hebdomadae cogitatio incidit & valida, vt de Scipione Africano illo primo, cuius nomen mirum vnde a prima mihi aetate charum fuit, poeticum aliquid heroicò carmine ſcriberem, quod tunc magno coeptum impetu variis mox diſtractus curis intermiſi, ſed ſubiecti de nomine Africae nomen libro dedi, operi neſcio qua vel ſua vel mea fortuna dilecto multis, antequam cognito. Illis in locis moram trahenti, dictu mirabile, vno die, & ab vrbe Roma ſenatus, & Pariſiis Cancellarii ſtudii ad me litterae peruenerunt. Certatim me ille Romam, ille Pariſios ad percipiendam lauream poeticam euocantes, quibus ego iuueniliter gloriabundus, & me dignum iudicans, quo me dignum tanti viri iudicarent, nec meritum meum, ſed aliorum librans teſtimonia, parumper tamen haeſitaui, cui potius aurem darem. Super quo conſilium Io. de Columna Cardinalis ſupra nominati per litteras expetii: erat enim adeo vicinus, vt cum ipſi ſerio ſcripſiſſem, die altero ante horam

tertiam reſponſum eius acciperem, cuius conſilium ſequutus Romanae vrbis auctoritatem omnibus praeferendam ſtatui, & de adprobatione conſilii eius mea duplex ad illum extat epiſtola. Iui ergo, & quamuis ego more iuuenum rerum mearum benignisſimus iudex eſſem, erubui tamen de me ipſo teſtimonium ſequi, vel eorum a quibus euocabar, quod procul dubio non feciſſent, niſi me dignum oblato honore iudicaſſent. Vnde Neapolim primum petere inſtitui, & veni ad illum ſummum & regem & philoſophum Robertum, * non regno

---

* Cuius haec fuit ſapientisſima vox: ego iuro dulciores & multo chariores mihi litteras eſſe, quam regnum, & ſi alterutro carendum ſit, aequanimius me diademate quam litteris carituru. Petrarcha lib. I. Rerum memorandarum c. 2. ſub finem. Adde librum III. p. 513. Petrarcha initio carminis funebris ita laudat:

Tu quoque Trinacrii moderator maxime regni
Heſperiaeque decus, atque aeui gloria noſtri
Iudice quo merui, vatumque in ſede ſedere.
Optatasque diu lauros, titulumque tueri,

regno quam litteris clariorem, quem vnicum regem & ſcientiae amicum & virtutis noſtra aetas habuit, vt ipſe de me, quod ſibi viſum eſſet, cenſeret. A quo qualiter viſus, & cui quam acceptus fuerim, & ipſe nunc miror, & tu ſi noueris lector, puto mirabere. Audita autem aduentus mei cauſſa mirum in modum exhilaratus eſt, & iuuenilem cogitans fiduciam, & forſitan cogitans honorem, quem peterem ſua gloria non vacare, quod ego eum ſolum iudicem idoneum e cunctis mortalibus elegiſſem. Quid multa? Poſt innumeras collocutiones variis de rebus, oſtenſamque illi Africam * meam, qua usque adeo delectatus eſt, vt eam ſibi inſcribi magno pro munere poſceret, quod negare nec potui, certe nec volui, certum examini adſignauit diem, & a meridie ad veſperam me tenuit, & quoniam creſcente materia breuius tempus adparuit, duobus proximis diebus idem fe-

Hic ſacra magnanimi requieſcunt oſſa Roberti
Mens coelum generoſa petit, nunc gloria regum
Interiit, noſtrique ruit decor vnicus aeui.

* De hac Africa vide ſupra.

cit, ſic triduo excuſſa ignorantia mea die tertio dignum laurea iudicauit. Eam mihi Neapoli offerebat. & vt adſentirer, precibus etiam multis vrgebat. Vicit amor Romae venerandam tanti regis inſtantiam, itaque inflexibile propoſitum meum cernens, litteras mihi & nuntios ad ſenatum Romanum dedit, quibus de me iudicium ſuum magno fauore profeſſus eſt, quod quidem tunc iudicium regium, & multorum & meo imprimis iudicio conſonum fuit, hodie & ipſius & meum & omnium idem ſentientium iudicium non probo. Plus in eo valuit amor & aetatis fauor quam veri ſtudium. Veni tamen, & quamlibet indignus tanto tamen fretus fiſusque iudicio ſummo cum gaudio Romanorum, qui illi ſolemnitati intereſſe potuerunt, lauream poeticam, adhuc ſcholaſticis rudis adeptus ſum, de quibus etiam & carmine & ſoluta oratione epiſtolae meae ſunt. Haec mihi laurea ſcientiae nihil, plurimum vero quaeſiuit inuidiae. Sed haec quoque hiſtoria longior eſt, quam poſcat hic locus. Inde ergo digreſſus Parmam veni, & cum illis de Corrigia, viris in me liberaliſimis atque optimis, ſed inter ſe male concordibus, qui tunc vrbem illam tali regimine gubernabant, quale nec ante in memoria ho-

hominum habuerat ciuitas illa, nec aetate hac vt auguror habitura eſt, aliquantulum tempus peregi, & ſuſcepti memor honoris, ſollicitusque ne indigno collatus videretur, cum die quodam in montana conſcendens, forte trans Entiam amnem Rheginis in ſinibus ſyluam quae Plana dicitur adiiſſem, ſubito loci ſpecie percuſſus ad intermiſſam Africam ſtilum verti, & feruore animi, qui ſopitus videbatur, excitato, ſcripſi aliquantulum de illo, poſt continuis diebus quotidie aliquid, donec Parmam rediens, & repoſtam ac tranquillam nactus domum, quae poſtea emta, nunc etiam mea eſt, tanto ardore opus illud non magno in tempore ad exitum deduxi, vt ipſe quoque nunc ſtupeam. Inde reuerſus ad fontem Sorgiae & ad ſolitudinem transalpinam redii, cum iam quartum & triceſimum aetatis annum poſt terga relinquerem, diuque & Parmae & Veronae verſatus, & vbique, Deo gratias, charus habitus, multo amplius quam valerem. Longum poſt tempus viri optimi, & ſua aetate ſummi Iacobi de Carrharia nunciis & litteris, vsque trans alpes, quando ibi eram, & per Italiam vbicumque fui, multos per annos tantis precibus fatigatus ſum, & in amicitiam ſollicitatus, vt, quamuis de felicibus nihil

ſperarem, decreueram tandem ipſum adire, & videre, quid ſibi haec magn & ignoti viri tanta vellet inſtantia. Ita que ſero quidem Patauium veni, vbi a illo clariſſimae memoriae viro, non hu maniter tantum, ſed ſicut in coelum fi lices animae recipiuntur, acceptus ſum tanto cum gaudio, tamque inaeſtima bili charitate ac pietate, vt quia aequa eam verbis poſſe non ſpero, ſilentio op primenda ſit. Inter multa ſciens me cle ricalem vitam a pueritia tenuiſſe, vt m non ſibi ſolum, ſed etiam patriae arct us adſtringeret, me Canonicum Padua fieri fecit, & ad ſummam, * ſi vita ſil longior fuiſſet, mihi erroris & itinerum omnium finis erat. Sed heu nihil inte mortales diuturnum, & ſi quid dulce i obtulerit, amaro mox fine concluditu Biennio non integro eum mihi & pa triae, & mundo Deus abſtulit, quo ne ego, nec patria, nec mundus, non m fallit amor, digni eramus. Et licet filiu ſucceſſerit prudentiſſimus, & clariſſ mus vir, & qui per paterna veſtigia m charum ſemper atque honoratum ha buit, ego tamen illo amiſſo, quo cui magis mihi praeſertim de aetate conue

n

* Ἀποσιώπησιν hic fecit dolor, & ſubii telligi debet, dignitatem prouexiſſet.

nerat, redii rurſus in Gallias loco ſtare neſcius, non tam deſiderio viſa millies reuiſendi, quam ſtudio more aegrorum loci mutatione taediis conſulendi.

VITA FR. PETRARCHÆ V. C.

PER HIERONYMVM SQVARZAFICHVM ALEXANDRINVM AD PETRVM CONTRARENVM VENETVM PATRICIVM SCRIPTA.

QVamquam non ſim neſcius Fr. Petrarchae vitam haud facile ſcribi poſſe, tamen onus hoc adgredi mei muneris eſſe duco. Fateor multos illam ſcriptitaſſe, ſed multa in conuenientia, ſeu negligentia ſeu quia nota illis non erant, ſcripta non eſſe optauerim. Et tam caliginoſe nonnulla referuntur, vt illum, quem illuſtrare voluerunt, non ſeruato ſcribendi ordine obſcurum potius redderint. Itaque indolui ipſe mecum tantum virum qui litteras * Latinas per mille annos ſopitas

* Simile fere modo Trithemius de ſcriptoribus eccleſiaſticis de Petrarcha loquitur:

ad nos reuocauerit, ſic oblitterari; & ſicuti illius cogitatio multarum rerum, nouarum & veterum nunquam ieiuna fuit; ſic nos etiam pro viribus omnes eius partes attingemus, praeſertim quae memoratu dignae videbuntur. Fuit igitur Franciſcus Petrarcha genere Hetruſcus, Florentinus origine, & antiqua & fortuna mediocri, patre Petrarcho matre Laeta * & ad inopiam vergente. Fuit pater in ea ciuitate ſcriba reformationum, quod officium cum dignitate multos exercuit annos. Sed cum factioſis

---

Franciſcus Petrarcha, inquit, natione Etruſcus, vir in diuinis eruditus, & in ſecularibus litteris omnium ſui temporis longe doctisſimus, philoſophus, rhetor, & poeta celeberrimus, qui litteras humanitatis poſt longa ſilentia mortuas ab inferis reuocauit ad ſuperos, non minus ſancta conuerſatione, quam ſcientia clarus emicuit.

* In lexico celeberrimi Buddei vocatur Licta, ni manus typographi errauit. Maffo p. 181. de matre ita ſcribit: matrem vel Laetam vel Brigidam vocant: Brigidam non puto, id enim Scoticum nomen eſt. Verum vtcumque ſit, aiunt eum Carigiana celebri familia fuiſſe.

ſis, quibus ſemper ea ciuitas plena eſt, a quibus Dantes Aligerius paullo ante pulſus fuerat, in ſuſpicionem veniſſet, vna cum vxore exilio multatur. Aretium ſe contulit, vbi hunc filium concepit & peperit. Natus eſt anno a natali Chriſtiano MCCCIV. XIIII. cal. ſextil. ad auroram die Lunae in feſto ſanctae Margarethae tanto matris labore & diſcrimine, verbis eius vtar, vt non obſtetricum modo, ſed & medicorum iudicio diu exanimis haberetur. Tunc Caeſareos faſces Albertus dux Auſtriae inter Germanos potens habebat. Primum ibi annum & non integrum ſuae vitae egit, mater deinde multorum nobilium precibus exilio reuocatur, infantulum in villam paternam ſecum detulit, loci nomen eſt Anciſa in agro Florentino XIV. millia paſſuum procul a ciuitate. Alter autem filius Ghirardus nomine quia maior erat natu, cum patre remanſit. Sperabant exules, quorum magna pars Aretium confugerat, in patriam reuerti. Ferebatur Albertum, Auſtriae ducem, quem ſupra nominauimus, Italiam petiturum, & Ghibellinam factionem, quam propitiam ſibi habuerat, in ſedes paternas repoſiturum. Petrarcha cum matre ruri commorante vsque in annum ſeptimum enutritur. Petrarchus pater

videns in patriam reditum in caſſum iri, rure reuocata vxore & filio Piſas ſe transtulit, ſed prius tota Tuſcia circumuagatur. Ferebatur puellus praeualidi cuiusdam iuuenis dextra pannis obuolutus, ne tenellum corpuſculum aliquo tactu offenderetur, &, vt ipſe dicit, non aliter quam Metabus * Camillam nodoſo de ſtipite pendentem, ne periclitaretur, baiulabatur. Sed in tranſitu Arni fluminis equi lapſu, iuuenis ille, in cuius dextris tenebatur, effunditur, & dum ſibi creditum onus ſeruare nititur, prope violentia gurgitis ſubmergitur. Erat igitur cum Piſas venit, annorum ſeptem, octauum illic egit, cum tanta ſpe mirabilis probitatis & laudis, vt ab omnibus deſideraretur. Tantam ingenii famam pro indole conſequutus eſt, vt inter aequales omnes excederet, & mores puerorum ab eo tamquam cenſore componerentur, tanto cum iudicio & maturitate, vt ab omnibus laudaretur. Erat facie pulcra & eleganti, ** oculi viuaces, vt

* Virgilius narrat hiſtoriam lib. xi. Æneidos.

** Pulcra ſunt, quae Boccacius libro octauo de caſibus virorum illuſtrium hac de re habet: In ſomnis, ait, ſibi viſum adſpectu modeſtum, & moribus, venuſta facie ac

vt coruſcantes ſcintillae, intuitus ſapientiae plenus, qui vigor repraeſentabatur & grauitas. Totum vero corpus pro aetatis initio decorum, & ſolidum, ſic ſingula correſpondebant membra. Quid de eius mirabili eloquentia dicam, quae tanta eſſe demonſtrabatur, vt, quibuscumque rebus voluerit, ea vti poſſet. Ordo & ſumma rerum eius pueritiae iſta fuit, quae deinde geſſit, explicemus. Petrarchus pater cognoſcens in Italia vitam degi non poſſe, in Galliam transalpinam proficiſcendum eſt ratus, vt aliquid lucelli ad familiam innutriendam conſequeretur. Nam mortuo Bonifacio VIII. Pont. Clemens V. ſucceſſor fuit, & ſedem Auinioni poſuerat, omnes vndique populi illuc confluebant, ſic & ipſe relicta Piſa Auinionem perrexit, & quia onus

laeto pallore conſpicua, virenti laurea inſignitum, ac pallio amictum regio, ſumma reuerentia dignum. Quem dum reſeratis oculis ſomnoque omnino excuſſo acutius intuerer, agnoui eum Franciſcum Petrarcham, optimum veneràndumque praeceptorem meum, cuius monitus ſemper mihi ad virtutem calcar extiterat, & quem ego ab ineunte aetate prae ceteris colueram.

onus inerat familiae, maritimum iter elegit, & nauigando haud procul Massilia naufragium passus, & parum abfuit, quin cum tota familia sub mergeretur. In curia nouae Babylonis, vt ipse ait, tabellionatus officicium exercuit, seu vt aliqui volunt mercaturam, questus enim gratia Auinioni morabatur. Sed ob magnam hominum confluentiam, qui sedem Apostolicam prosequebantur, nec ciuitas illa tantae gentis capax erat, proinde publico edicto factum fuit, quos haberet quisque filios, pariter pueros & foeminas, in proxima oppida & villas adduceret, & gens, quae in commoda videretur, etiam abiret. Puer quoque Franciscus Carpentoras mittitur, quod Auinioni ad orientem proximum est, sed dum in hoc oppido per quatuor commoratus esset annos, in quo quidem tempore litteras primum libare coepit, inque his duabus vrbibus Grammaticam, Dialecticam, atque Rhetoricam quantum in scholis percipi potest edidicit. Ingenii acrimoniam praeceptores admirabuntur, & quasi aliquid diuinum in illo intuerentur, persaepe patri dixerunt: *Te beatum reputamus Petrarcha: quandoquidem filium ad omnes disciplinas capessendas promtum habentem ingenium genuisti.* Percrescebat tunc temporis

poris Dantis fama, & iam nonnulla libri demonſtrabantur capita, quibus ille magnus & ſcientiſſimus vir per ora doctorum hominum volitabat. Franciſcus illum æmulabatur & incredibili ardore ſtudiorum eius incendebatur. Inde vt IureConſultus euaderet, ad Montem Peſſulanum, famoſum ob litterarum ſtudia oppidum Galliae Transalpinae, patris iuſſu commigrauit & Ius ciuile per quatuor continuos annos audiuit. Praeceptores habuit Ioannem Caldarinum, Bononienſem & Bartholomaeum de Oſſa Patria Bergomenſem IureConſultos conſummatiſſimos a quibus diligebatur. Sed parum ipſe legibus ſtudebat non ſponte etiam ad illas perdiſcendas ductus fuerat, & magnus fuiſſet legum interpres, niſi propoſito defuiſſet. Summa eius delectatio haudquaquam in illis, ſed in Cicerone & Virgilio & Hiſtoriis cognoſcendis erat. Ius ciuile aſperum inſipidum taedioſumque eſſe dicebat. Inde ex Monte Peſſulano Bononiam mittit, illic quidem primum cum Ioanne Andrea & Cyno * Piſtorienſe, qui publice leges pro-

* De hoc Cyno Piſtorienſe Ianus Vincentius Grauina Anteceſſor in Archigymnaſio Romano libro 1. originum iuris ciuilis §. 161.

profitebantur in amicitiam venit & quoad vixerunt, firmisſimam habuit. Cynus humanitatis ſtudia non abhorrens, ſed

ita ſcribit: Sed iam ad Cinum veniamus Piſtorienſem, cui pluribus e ſapientiae generibus gloria parta eſt. De ſummo enim ICto, & elegantiſſimo ſimul poeta certant inter ſe iurisprudentia & poeſis, vtri earum ſit adiudicanda. Verſibus eius, quos etrusce ſcripſit, nihil venuſtius, interpretationibus vero eius in iure ciuili nihil ſanius, nihil preſſius. Floruit etiam gloria diſcipulorum: quorum habuit in iurisprudentia Bartolum; in humanioribus autem litteris ſocios Petrarcham & Caualcantium, quibuscum coniunctiſſime vixit. Quorum quoque coniunctionem pictor, dum egregium factum deſcriberet, Vtini in diui Nicolai ſacello expreſſit in tabula, in qua Cinum, Petrarcham, & Boccacium, & Guidum Caualcantium effinxit: vbi Cinus iudicis adſeſſorem refert, Petrarcha ſcribam; Boccacius iudicem, Guido vero Caualcantius Hebraeum, quibus imaginibus hiſtoria proditur iſtius temporis haud illepida, cuius non eſt hic referendae locus. Morum quoque Cinus honeſtate & leuitate commendabatur, magis profecto laudandus, niſi arrogantius in ius Pontificium inuectus fuiſſet. Nol-

ed cum vacaret otio illorum captus ıanitate, ſaepe Franciſcum ſecum ha-ɔebat, nec deſinebat etiam illum hortari vt inceptum ſtudium perſequeretur. Cui ille, ſtudium in quo me hortaris, ſeruile officium reputo & mancipium omnibus ſe praeſtat, qui illo vtuntur, & ſi paterna non foret reuerentia, ſi poſt me curreret, quia libertate vti cupio, non acceptarem. Quis eſt, qui non dicat haec iura venalia eſſe, & ad bene rectèque viuendum longe aliis ſtudiis eſſe inferiora? Quis non videt ad virtutem conſequendam nihil pertinere? Cupidum magis, mendacem iracundumque hominem reddunt. Quid mihi de aqua arcenda diſputare? Quid de ſtillicidio? Quid ſi ancillae partus in fructibus cenſeatur? Quid ſi quis legata perſoluere teneatur? Quin etiam ſi teſtamentum ſeptem teſtibus caruerit, executioni mandetur, cum iſta a legislatoribus luculente explicata ſint. Vos veſtris commentati-

lem huc temeritatis hominem alioqui modeſtum eſſe prouectum. Adoleſcens adhuc adſeſſoris munus apud Ludouicum Allobregem Romanum ſenatorem exercuit, & ius ciuile Bononiae primum, deinde Peruſii docuit: vbi Bartolus in eius ſeſe diſciplinam tradidit.

tationibus omnia peruertitis, ſunt commentata ſuper commenta, quae indies noui leguleii ſcribunt, vt iam euenerit ex hoc id quod ait Comicus. Intelligendo nihil intelligunt. Sed ut dignitati tuae & paterno amori morem geram, perſequar & tempus non contriuiſſe oſtendam. Sed quis naturam vrgentem evadet? non poterat quidem facere, quin eloquentiae ſtudia non perſequeretur. Excitabatur multorum amicorum hortatione, qui & ſcriptas ab eo litteras & carmina laudarent & in ampliſſima reponebatur ſpe, fore, ſi in dicendo perſeueraret, vt ſui temporis omnes ſuperaret, & antiquis ſe indubie adaequaret. Creſcebat indies eius laus & fama, & vt aliquid dignum laude promeret, a multis incitabatur, ſicuti ille, qui iam Ciceronis fundamenta & diſciplinam intelligebat. Patri autem, quae de filio ferebantur, non erant grata: ſed excandeſcens ira Bononiam pergit, & filio diris verbis increpato, * quid Ciceronem, quid Virgili-

* Hic latius prorogauit patriae poteſtatis limites, qui non extenduntur ad perſonales & indifferentes actiones librorum, quae ſurgentibus ad maturitatem annis arbitrio relinquuntur. Valentinum Alberti, accuratum theologum, in compendio iu-

gilium, quid ſcriptores hiſtoriarum & poetas denique omnes ſibi facere poſſe dicebat, cum ad conſequendas opes non valerent, ſed vt fabellae & ſomnia eſſent. Iuri

ris naturae orthodoxae theologiae conformato parte ſecunda c. IX. §. 18. hac in re habeo conſentientem: ita enim ille de annis diſcretionis loquens ſuam ſententiam expromit: hodie vbi vſus quidem rationis hoc ſecundo tempore, ſed petulantia florentis aetatis accedit, indifferentes & perſonales librorum actiones non tam imperare, quam conſilio ſuo iuuare, morales autem, ſi in honeſtatem, & ex indifferentibus illas, quae totam familiam concernunt, ſi in ſolum decorum peccent, parentes inhibere poſſunt. Adducit Taubmanni carmen ad filium Chriſtianum lib. III. ſacr. in fine reperiundum.

Vel his vel iſtis dedices te litteris
Sed ſi tamen votum mihi fit liberum
Te theologorum conſeerem myſteriis:
Quippe hic minor peccandi eſt occaſio,
Sed certo & vni litterarum te ſcopo
Auctoritate patria non deſtino,
Nec patris hoc, ſed ius ſolius dei eſt.

Simile fere exemplum ſuppeditat Grauina libro I. originum iuris ciuilis p. 217.

Iuri autem ciuili ſtuderet, quod ampliſſimum inde honorem & fructum haberet, hortabatur & commonebat. Poſtea ignem accendi iuſſit, vt, quotquot filius haberet libros Ciceronis & poetarum, omnes combureret, & cum iam aliquos, accenſus ira igni mandaſſet, cum rhetoricam Ciceronis & Virgilii opus manu teneret, vt in flammas mitteret, non amplius ferre potuit egregius iuuenis innocuos talem iniuriam pati, genubus flexis, lacrymisque precibus admixtis, vt tantum nefas ne faceret, & a tam indigna re abſtineret, & ſi quid eſſet peccati, a ſe, non ab illis claris viris poenas exigeret, exorat, obteſtatur, adiurat & patrem amplectitur, oſculatur, pollicendo non amplius illos legere. * Sic ſtudium

* Schroderen in vita Petr. paullo aliter narrat & Petrarchae quidem verbis p. 12, vtque rem, inquit, pene ridiculam ſtebilemque audias, factum eſt aliquando, vt neſcio quo ſed generoſo conſilio, omnes, quos habere potueram, Ciceronis, & ſimul poetarum aliquot libri, lucratiuo, vt lut ſtudio aduerſi, latibulis, vbi ego quid mox accidit metuens eos abdideram, me ſpectante eruti, quaſi haereticorum libri flammis exurerentur: quo ſpectaculo

dium ſibi impoſitum ſequens patris iram placauit, atque deinde quoad vixit pater, iuri ciuili diligentius operam dedit. Solebat ipſe admodum ſenex hanc hiſtoriam iucundiſſime narrare. Cum ſecundum & vigeſimum haberet annum, matrem amiſit, vnde tanto dolore conſternatus, vt per aliquot menſes ſteterit, & conſolari non potuerit. Non defunctae matris transacto anno, patrem diem clauſiſſe extremum audiuit, indoluit ſatis, ſed cum ſciret ſemel moriendum eſſe omnibus, & reſoluendum vnde manauimus, cum imbecillem hominis ſtatum longa meditatione cogitaſſet, moerorem aequiore animo ſuſtulit. Cum ſui iuris factus eſſet, ſtudia legum, quae oderat, poſuit, & quos amabat poetas & oratores in manus ſumſit. Bononia igitur profectus Auinionem rediit,

non aliter ingemui, quam ſi ipſe iisdem flammis iniicerer. Proinde pater me tam moeſtum contemplatus ſubito duos libros pene iam incendio aduſtos eripuit, & Virgilium dextra tenens, laeua rhetoricam Ciceronis, vtrumque flenti mihi ſub ridens ipſe porrexit, & habe hunc tibi, inquit, pro ſolatio quodam raro animi, hunc pro adminiculo ciuilis ſtudii.

adiutus viatico a Thoma Sicculo Meſſanenſi, qui tanta proſequebatur beneuolentia & amore, vt illum non ſecus quam fratrem haberet. Ibi iam late cognoſcebatur per epiſtolas multas ad amicos ſcriptas, & familiaritas eius a magnis viris expeti coeperat. Audientium animos incitabat fama eius, tanta enim eius ingenii magnitudo, tanta diligentia, vt nihil quod eſſet memoratu dignum ignorare videretur, & non minus de iis iucunde, quam ſubtiliter diſputaret. Ex quo euenit, vt quo maior quisque eſſet in curia, eo magis affectaret virum hunc, amatumque haberet. Iacobo & Ioanni de Columna charus imprimis fuit, ii fratres in curia verſabantur & apud Pontificem Maximum, cum nobilitate generis, tum nobilitate praelaturae, ac rerum eccleſiaſticarum, notitia magni erant. Ioannes Cardinalis, Iacobus Lombérienſis, epiſcopus erat, a quo Vaſconiam, quae antiquitus Aquitania dicebatur, ductus eſt, & ſub collibus Pyreneis, aeſtatem prope coeleſtem, vt ipſe ait, multa & domini & comitum iucunditate transegit. Regreſſus in domo Cardinalis per multos annos ſtetit, non quaſi ſub domino, ſed ſub patre, imo ne id quidem, vt Paulus Vergerius ait, ſed cum fratre amantiſſimo,

o, imo ſecum & in domo eius propria
it. Poſt haec animus tulit, vt plura
deret, vnde a ſaltu Pyreneo Alpibus-
ıe, qua a Rheno & Rhodano conti-
ntur, Gallias & Germaniam verſus pro-
ctus eſt, in qua quidem peregrinatione
ulta vidit, multa collegit, plurima no-
uit, & quod ſummo opere delectauit,
riſios vidit, quidue fabuloſum, quid-
hiſtoricum de illa vrbe diceretur, in-
lligere voluit. Principes vero quos in
a peregrinatione viderat, benigne ab
nnibus ſuſcipitur, vbique fama prae-
ıntia de eius nomine conſpicuum il-
m faciebat, & apud omnes ample &
)eraliter habitus eſt. Inde vero Auī-
onem regreſſus, & taedio curiae ad-
ctus, cum ſolitudinem, locumque
ietis exquireret, & operam tandem
bus ſcribendis daret, & liberius otio
ıeretur, incidit in vallem, quam inco-
: Clauſam adpellant: Locus paruus
l percommodus, quindecim paſſuum
llibus ab Auīmione diſtans, in eo fons
lcerrimus fontium oritur, cui Sorgia
men eſt, in eo coeli ſerenitas quae-
m & iucundus adſpectus. Hanc igi-
r ad vallem ſe libroſque ſuos & ſarcī-
las omnes ad victum neceſſarias de-
lit; hic plures annos commoratus,
ltaque adgreſſus tum legendo, ſcrī-

bendo, tum componendo, Hic bucolicum carmen, hic de ſolitaria vita ſcripſit, ibi etiam de Scipione Africano illo ſuperiore poema adgreſſus, cui de ſubiecti nomine Africae nomen dedit, de quo poſt dicetur. Quidquid denique vt Vergerius ſcribit, fere omni aetate compoſuit, aut perfecit, aut incepit, aut ſcribere cogitauit, huic tribuendum eſt loco. Captus etiam cum ſic ſtaret, amore Lauretae, quam ipſe abbreuiato nomine Lauram vocat, & ardenter illam amauit, & multa carmina & rhytmos in eius laudem compoſuit, & vndique quantum ingenii valuere vires, in omni genere virtutis illuſtrem reddidit. Harum igitur rerum cauſa non ab hominibus ſolum, ſed ab principibus noſcebatur. Fama eius iam vbique erat ſparſa, vt vno die, mirabile dictu, a duobus diſiunctiſſimis ac illuſtriſtimis locis, Roma & Pariſiis litterae venerint, quae ad percipiendam lauream poeticam euocabant, vt quaſi de induſtria hae duae clariſſimae in his terris vrbes, hoc iſto de honore certarint. Pariſiis Gallici nominis princeps & ſcriba, qui in ea regia vrbe praeerat ſtudiis, ex vrbe vero ſenatores, in hanc ſententiam litteras miſerant, vt quae iure optimo deberetur ei, ac poetis dari ſoleret, eam apud ſe lau-

lauream * ſumeret. Princeps & ſcriba vt Pariſiis, ſenatores vt Romae ſumeret, multis perſuaſionibus hortabantur; du-

 bi-

* Illo tempore erat praemium doctarum frontium, hodie ignobilium ſaepe fit ornamentum. Egregia ſunt, quae in hanc rem ſcribit Matthias Bernegger obſeruationum miſcellarum prima p. 6. Quantam, inquit, dignitati poeticae maculam adſpergant aliqui comites Palatini, qui laurum poeticam aucupandae pecuniae gratia nimium vulgant, egregie & feſtiue Taubmannus pluribus exequitur in diſſertatione de lingua latina. Sane Lipſius etiam Poetas laureatos vt non ſpernit quidem & ridet, hoc tamen iis inſtillat: laurigeri multi, pauci Phoebi, & addit reſplerumque ſe didiciſſe, minime re poetas eſſe, qui titulo illo ſint, & nuncupatione. lib. 1. miſc. ep. 18. & praef. in Saturnal. ad Plantinum. Argute Seneca in Apocolynthoſi imperatore Claudio praeter meritum in numerum deorum relato iniquit: dum tales Deos facitis, qualis eſt Claudius, nemo vos deos eſſe credet. Id huc etiam accommodari dicique poſſit: cum tales poetae laurea coronantur, nemo facile laureatos poetas exiſtimabit. Qua cauſſa etiam poeta quidam doctiſſimus Taubmanno ibidem teſte, ſi nothen

bius ſecum ipſe, ad quos ſe flecteret, per diu fuit. Tandem Columnenſium conſilium ſecutus, vrbem Romam praeponere conſtituit. Equidem non deerant, qui Pariſios ob magnitudinem ſtudii, ac regiam ſedem praeponendam eſſe cenſebant, ſed Romam praepoſuit, quia imperii nomine pollebat, & in ea etiam poetae donati laurea permulti eſſent. Igitur dignum prius hominem quaerens, cui ingenium ſuum excutiendum committeret, iuit Neapolim ad illum ſummum Regem ac philoſophum, non minus litteris quam regno clarum, Robertum: nam tanta erat in amplisſimo Rege eruditio, vt huius rei iudex optimus eſſe poſſet. Neque munus oblatum inuitus ipſe ſuſcepit, ſed magni fecit, ſe cunctis praeponi, & electum eſſe tanti viri iudicio, & inſolitam admirans ingenii fiduciam, certo deputato die, a meridie in veſperas eum tenuit. Creſcente materia, vnius diei tempus breuius adparuit, duobus diebus ſequentibus idem fecit. Sed poſt innumeras verbe-

rum

poematis ſuis ſubſignaret, non ſe poetam laureatum, ſed poetam non laureatum ſcripſit: quod putaret, vt laurus olim inſigne & nota erat bonorum poetarum, ſic hodie malorum ſaepe eſſe.

rum collationes, diſputationesque, cum de poetica ſublimitate, de hiſtoriis, de eloquentiae facultate, de rhetoricae partibus, grauiter & perite diſſereret, die quarto, dignum eum laurea iudicauit. Hinc librum Africae oſtendit, coeptum magis quam perfectum opus, & multa carmina decantauit, vt admiraretur Rex, ſeque per multum, ac vehementer dolere fateretur, quod dum iuuenis eſſet, ſtudiis illis operam non dediſſet, & librum non parua cum gratia petiit, vt nomini ſuo inſcriberet, perſuadere etiam non deſtitit vt Neapoli ſumeret, ſed a ſuo propoſito dimoueri non potuit. Romam ex ordine laureandum, priſco de more Regiis cum litteris, ac legatis ad ſenatum miſit, quibus iudicium ſuum magno fauore profeſſus eſt. Vrbis tunc ſenatores, Vrſus comes Anguillariae, & Iordanus de filiis Vrſi erant, qui tanto Regis freti iudicio, ac teſtimonio ipſo in Capitolio, ſumma dudum Romani imperii arce, cum celebritate, & laetitia ciuitatis, grandique conuentu nobilium, & peritorum, qui vndique ad iſtam rem viſendam honorandamque veniſſent, ac frequentiſſimo populo Romano adprobante rem ſuſceperunt. Petrarcha noſter id primum e more, longa, & pulcerrima oratione petens, declaratur a ſe-

natoribus hiſtoricus, & poeta, deinde corona poetica, vt priſcis mos erat, coronatur, & ad ampliandum munus, ciuitate acclamante & populo, donatus, conuenienti gratias reddit oratione. Hinc cum magna nobilium caterua ad eccleſiam beati Petri Apoſtoli profectus, cum deuotione & reuerentia coronam thoro applicuit, vbi per multos pependit annos. Fuit hoc, vt ex ſuis epiſtolis coniectari licet, natiuitatis ſuae anno ſeptimo & trigeſimo, idibus Aprilis, quo eccleſia celebrat feſtum reſurrectionis Paſcha, de quo & carmina, & ſoluta oratione extant epiſtolae. Hic honor per multa ſecula deſuetus vt fuit decori magno, ita & plurimum ei quaeſiuit inuidiae, & anſam praebuit multorum maleuolorum dictis, quos impatiens ſui nominis detractionis, ſtyli acie acriter vltus. Laureatus vero quid dixerit, quid fecerit, apud quos fuerit, quas vrbes adierit, quoties ad ſuum fontem Sorgiae ex Italia iuerit, quoties ad Italiam ex ipſo fonte redierit; quamdiu ſingulo in loco manſerit; etſi memorari eius cum laude omnia poſſent, tamen vereor ſi recenſuero, ne legentibus plus taedii, quam gratiae ſim facturus. Cum plura enim loca ſtudio peragrauit, tum videndi, tum gratae ſibi vsque inueniendae ſedis cauſ-

cauſſa. Quare itinera eius, mores, ac libros quos compoſuit, paucis ac ſummatim expediam. Primum igitur vt lauream ſumpſit, ex vrbe profectus eſt, vt Galliam transalpinam peteret, ad Ioannem Columnam, Cardinalem. Sed Parmae retentus ab illis de Corrigia, qui tunc ciuitatem illam gubernabant, & aliquantulum illic exegit, vt in vna ſuarum epiſtolarum ad dictum Cardinalem ſcribit: *Hodierno die quod tibi gaudium ſignifico, ductu, auſpiciis amicorum tuorum de Corrigia Parmam ingreſſus ſum, hic ergo precibus eorum victus, quibus veniam acceſſuram ipſi ſperant, & ego non dubito, aeſtatem agere animum induxi.* Iurant enim praeſentia mea admodum egere, quod indulgentiae, non neceſſitatis eſſe certum eſt. Et Eccleſiae Cathedralis archidiaconus (vt aliquid ſibi conferre viderentur) deſignatur, clericalem quia a puero amauit vitam. Et hic primum memor ſollicitusque ſuſcepti honoris, & cum non vrbanis ſtrepitibus, ſed ſylueſtri ſilentio delectaretur, vt, qui nec legum, aut reipublicae curis, ſed ſolitudini & otio natus eſſet, elegit ſolitarium locum, trans Entiam amnem, in Regii Lepidi finibus, qui Plana ſylua dicitur cum muſis. Amoenitate loci captus rediit, & ad intermiſſum ſtudium Africae ſe contulit, ſicque feruore

uore animi, qui ſopitus videbatur, excitato modo in ſolitudine, modo Parmae pluribus continuatis diebus, finem operi impoſuit, ſed reuidere poſtea, quod minime honori fuit, neglexit. Inde rurſus ad fontem Sorgiae, & ſolitudinem transalpinam regreſſus, amore Lauretae ductus, in cuius laudem multos compoſuit rhythmos, tanta cum grauitate ſententiarum & verborum eruditione, vt, anteceſſores, & ſui temporis omnes ſuperauerit, & vsque in praeſentem diem facile princeps appellari poſſit. Interdum rhythmorum ſtylus grandiloquus efficitur, tamen in affectibus amatoriis explicandis eſt praecipuus, & vt Paulus Vergerius ſcribit, habuiſſe a Colutio Saluiato, qui dicebat ab ipſo Petrarcha audiuiſſe, melius ſe omnia quam ſcripſerat facturum, praeter ſua in lingua vernacula ſcripta, vbi ingenue fatebatur ſe ipſum in illis viciſſe. Benedictus, qui Clementi in Pontificatu ſucceſſit, ne tantus amor vacuus haberetur, vt illam in vxorem acciperet perſuaſit, & vt facilius adduceretur, indulgentiam promiſit, ſed Petrarcha, qui animum procul a nuptiis habebat, vim tanti amoris coniugio amittere non debere reſpondit, nam quae de ea indies dicere cogitabat, cum vſus illa fuiſſet, omnia erant omiſſa. Laureti

quae

quae monſtrari digito gaudebat, matrimonium libenter contraxiſſet, quia in delitiis teneri minime verebatur, ſed opinione fruſtrata, alii nupſit. Sed interim extincta eſt illa Columnenſium gloria, quorum interitu tanto moerore conſternatur, vt mori cum illis maluerit, quam diutius eſſe in vita. Dum in curia in pretio eſſet, & vndique a principibus & a pontifice offerrentur honores, erat ſoror Petrarchae, quae iam duodeuiginti habebat annos, quae Auinioni, vbi orta, cum Ghirardo morabatur, eleganti forma, inſignis moribus, & virtutibus praedita, cuius pulchritudinem & formam perdite deperibat Pontifex, & vt illa potiretur, multa fecit experimenta. Cogitabat praemiis & honoribus Petrarcham in ſuam trahere opinionem, Cardinalem ſe facturum promittit, dummodo illa ſuo concederetur arbitrio. Franciſcus, qui in omni re DEum prae oculis habebat, cui nihil eſt occultum, quique nihil comere, nihil fingere, nihil diſſimulare didicerat, vt debuit, ira commotus, & id quod lingua fronte atque animo habebat reſpondit, tam foetidum galerum capiti non eſſe ponendum, ſed fugiendum, abominandum, omnibus tamquam nefandum & dedecoroſum, etſi reuerentia nominis, quod

vices

vices Dei in terra gerebat, non teneret, calamo tantam rem ſe vindicaturum, Et fecit prout Philelpho placet, in vna ſua morali cantione, quae incipit: Io non vo' piu cantare como ſolea. Nihilominus pontifex furoris impatiens alterum fratrem Ghirardum tentare cepit, qui paucis muneribus captus ſororem conceſſit. Quo facinore audito, & eccleſiam Dei videns per abrupta vitiorum ſic trahi, Auinione aufugit, Italiam verſus ire coepit, frater poenitentia ductus nupta ſorore, ſanctae religionis habitum quaeſiuit, & Charthuſienſi ordini in conuentu de Materno, qui eſt prope Maſſiliam, rebus mundanis reiectis ſe deuouit. Ipſe cum Parmae, vbi Archidiaconus praeerat, tum Veronae cum dominis Scaligeris, tum Mediolani cum principibus Vicecomitum verſatur, & in pretio & reuerentia magna habitus, & perſaepe euenit, vt cum Ioanne illo magno, qui Mediolani dextera paſtoris pedum, gladium ſiniſtra gerebat, in praetereundo non parua fuerit contentio, quis ipſorum praecederet. Venetiis cum Andrea Dandulo, cum Michaele Celſo & Marino Falerio Venetiarum ducibus, & cum aliis multis patritiis & doctis viris haud paruam duxit conſuetudinem, vt ex epiſtolis eius & aliorum mul-

ıltorum videri poteſt. Habitauit in
mo, vt ipſe ſcribit, de duabus turri-
s, vbi nunc Lucas de Molino, quon-
m Andreae, habitat, & vndique ob-
i erant honores, quos recipere recu-
ıat, quia nihil magis illi quam pom-
diſplicuit. Cum vbique charus ha-
ıs eſſet, Iacobum Carrarienſem iunio-
n, Paduae dominum iamdudum per
:eras & per nuntios vsque trans Alpes
per alia Italiae loca, vt in ſuam tra-
ret amicitiam, requiſitus fuerat, adi-
voluit, & videre quid ſibi haec magni
ignoti viri tanta vellet inſtantia. Ita-
ıe Patauium profectus, a clariſſimae
:moriae viro non humaniter tantum,
l ſicut in cœlo recipiuntur animae, ac-
ptus fuit, qui ſciens clericalem vitam
que a pueritia tenuiſſe, Canonicum
duae fecit, & quamdiu ipſe dominus
:it, quod breuiſſimum tempus fuit,
:um habuit, ſed eo terris ſublato, vt
lori remedium daret, ad fontem Sor-
ıe, quem amabat, reuerſus vbique
ıeraliter excipiebatur. Pontifex vero
ɔtu proprio honores & magnos qui-
m offerebat, ſed poeta potius otii &
ıertatis, quam honorum & dignitatum
ıator gratias pontifici egit, & Italiam
greſſus. Quam ob rem obiectum ei
naledicis inconſtantiae vitium, quod
cogno-

cognoſcens, vt videretur iis, qui recte iudicaſſent, conſtantiſſimus & eiusdem ſemper propoſiti, nunquam quieuit, quousque locum quietis inueniſſet, hoc enim erat, vt oblatos honores recipere recuſaret. Autini tanti fecerunt ipſum apud ſenatum, vt, cum ſemel illuc caſu veniret, illi obuiam venerint, cum pallio & crucibus, & ſanctorum reliquiis, & pro immortali memoria, acciuitatis ornamento ſtatuerint. Domum, in qua natus eſſet, vicum adpellant hortum, & Petrarchae domum perpetuo adpellari, & quo erat ſtatu, ſemper de publico conſeruari voluerunt. Nec Florentia ciuem non ſpreuit ſuum, illi enim non petenti, neque ſperanti & redeundi ad patriam fecit poteſtatem, & quae fiſcus habet, omnia patris bona reſtituit. Videre ſedem paternam tantum voluit, & cum Boccacio * Florentiae amicitiam contraxit, tanta enim fuit, vt, ſi vna illorum anima duo habuiſſet corpora, tanta fuit vis eius amoris, vt alter alterius faciem in gemma annuli geſtaret ipſo dicente in vna ſuorum verſuum epiſtola :

Dulcis amice vale, tua te mihi ſemper imago

* Io. Boccaci vita extat apud Io. Papirium Maſſonum p. 185.

It praeſens, mecumque ſedet, mecumque quieſcit,
Tu nunc redde vices - - -

Hinc inde per diuerſa tempora vagatus, cum iam vergeret in ſenium, Pataui ſedem fixit, vbi a magnificentiſſimo & prudentiſſimo viro Franciſco, ſeniore eius Iacobi filio per paterna veſtigia & honoratus & dilectus. Arquadae rure montano inter Euganeos montes, vt in ſolitudine eſſet, manere voluit, quo quidem in loco multa ſcripſit, plurima vidit, & meditatus eſt. Accitus quandoque Venetias veniebat tamquam rerum nouarum cupidus, & vt amicos reuiſeret, ſed ob quorundam pueriles de litteris temerarias que inſultationes, vt illorum ciuium nos eſt, amplius manere noluit. Paritios, qui habenas regiminis habebant, ſemper in magno pretio habuit, vt abunde demonſtrant epiſtolae. De magia autem non ſcriberem, ni ipſe referret. Fuit illa tempeſtate poeticum nomen ita inuiſum, vt, qui illa ſtudia ſequeretur, magum, ſortilegum & haereticum dicerent. Erat tunc haereticae prauitatis inquiſitor quidam Marcus Pienus ſolipodio oriundus, frater ordinis praedicatorum, rudis & bonarum omnium litterarum expers, qui temerario uſu in nonnullos iniicere manus tentauit,

tauit, & ni prouiſum fuiſſet, maxima hinc oriri videbantur ſcandala. Sed cognita illuſtrium hominum ſcientia & fratrum auaritia, quae a zelo verae religionis non proueniebat, ſolipodius tamquam ſtolidus & bonarum diſciplinarum ignarus exploſus eſt, non tamen ſine labore purgauit ſe Petrarcha. Senex ruri commorabatur, & ſtudiis praeſertim ſacris, cum potuit, vacauit. Cum iam ſeptuagenarius minus vna die eſſet, apoplexiae morbo, quo interdum vexabatur, in ſinu doctiſſimi viri Franciſci a Serico ſpiritum ſuo creatori reddidit, magna omnium litteratorum iactura. Tumulatus in illa rurali eccleſia in loco humili & obſcuro, in quo ipſe dum viueret, capellam in honorem beatae virginis conſtitui volebat. Poſtea Franciſcolus * de Borſano ne tam humili loco remanerent oſſa, ſepulcro marmoreo extructo, in arca eccleſiae corpus refoſſum, denuo funere celebrato, in illo claudit marmore cum tali epigrammate ab ipſo, dum viueret, compoſito:

Frigida Franciſci lapis hic tegit oſſa Petrarchae. (ne pare
Suſcipe virgo parens animam, ſate virgi-
Feſſaque iam terris coeli requieſcat in arce. Obi

* Tomaſinus c. XXIII. p. 158. vocatur de Brufano etiam.

t XIII. Cal. Sextilis anno a natali
ſtiano MCCCLXIV. Vir quidem
nus omnibus ſeculis fuiſſet, ſed
nirabilis, qui inter tot vitiorum
es, & inter tantam ignorantiae cali-
m in clarum lumen & virtutis &
ıtiae euaſit. Itaque nunc de mori-
eius agendum eſſe cenſeo. Sed
s faceta, & hercle vera, mihi narrata
lo digniſſimo & doctiſſimo viro Ia-
ı Zeno olim Epiſcopo Patauino re-
n. Dicebat quendam fuiſſe ruſti-
virum Arquadae, cum grauiter infir-
etur, archipresbytero ad ſe accerſi-
cpoſuiſſe, velle de centum aureis ec-
ae facere legatum, vt in ſepulcro Pe-
hae poneretur, archipresbyter re
ta Patauium ad epiſcopum tendit,
ıegotium expoſuit. Zenus qui vere
:opus fuit, quin ruſticum non lau-
t, facere non potuit, quod tantam
ɔrum virorum exiſtimationem face-
& eum, qui in magno ſepulcro tumu-
tur, immiſcendis oſſibus nobilitari
eret. Tamen inhibuit praeſul, & ſub
ıi cenſura, ne tanto facinori conſen-
ur, quia per pecuniam ſepulcrum
are non decebat, ad quod viſendum
ti docti proficiſcebantur, & cum hoc
um facinus perpetratum foret, no-
ı in perpetuum fuiſſet omiſſum.

Nunc ad mores, vt diximus, veniamus. Fuit venerabilis in adſpectu, & maieſtas quaedam inerat, vt ſe videntes induceret, etiam qui eum non cognoſcerent, ſolo tamen viſu reuerendum & ſapientiſſimum iudicarent, quod vno poteſt comprobari exemplo. Scribit Ioſephus Briuius Mediolanenſis in quodam ſuo panegyrico, cum Petrarcha ſemel eſſet Mediolani in aula dominorum Vicecomitum, inter multos purpuratos & nobiles viros, Galeacius, qui tunc dominus erat, impoſuit filio, qui primus poſtea dux Mediolani fuit, tunc puer adhuc, vt ſapientiorem de adſtantibus oſtenderet. Puellus oculis hinc inde volutis Franciſcum adiuit, & manu adprehendit, & patri cum omnium admiratione monſtrauit. Quid ab hominibus, cum a pueris eius cognoſcebatur adſpectus? Conuerſatio eius honeſta & iucunda omnibus extitit, vt nullus moeſtus ab eo diſcederet, oculi non deformes ſed viuaces, viſus adeo firmus, & acer, vt non ſexagenarius litteras etiam minutiſſimas legeret, nullo vitreorum oculis praeſidio. Corpus habuit dexterrimum vſque ad ſenectutem, quod pingueſcere coepit. In fine apoplectico morbo (vt diximus) plurimum torquebatur, ob eamque rem, qui famuli erant, liberum ad

eum acceſſum habebant. Conſilia me-
corum adeo ſpreuit, vt numquam eo-
m pharmacis vti voluerit, naturam ſibi
agiſtram, medicorum conſilia vana,
e dicebat. Aditus vero ad eum cum
ne valeret, nulli difficilis, nulla in
ſuperbia, nulla pompa. Iraſcebatur
terdum, ſed ſibi potius quam alteri
cebat, beneficii obliuiſcebatur nun-
iam. Amicitias quantum potuit offi-
conſeruauit, nihil illi optabilius, nil
atius, nihil iucundius, quam pro ami-
rem gerere, & bene dicere, & omnia
o illorum beneficiis poſtponere. Vt
lli obeſſet, ſummopere quaeſiuit, &
uis ſibi intuliſſet iniuriam, aequo fe-
at animo, numquam vindictam ha-
re voluit, ſed patientia & oblectatione
ncta ſedare. Diuitiarum contemtor
t eximius, non vt illas non deſidera-
, ſed curas & labores, quibus diuitiae
undant, oderat, ſic cum poſſet amplas
bere, contemſit. Famulitio modico
is, quod famulorum multitudines in-
ietum hominem faciunt. Menſae
paratus nullus erat, tenui victu & ci-
vulgaribus vitam egit, plurimum
rctibus arborum veſcebatur, vt libidi-
m extingueret, quia, vt de ſe ipſe ſcri-
, cum ad quadrigeſimum aetatis per-
niſſet annum, cum adhuc ſatis caloris

eſſet & virium, memoriam libidinis ita abiecit, quaſi nunquam foeminam cognouiſſet. Vinum dilutiſſimum bibebat, & ſaepe frigida aqua ſitim ſedabat, ſtans ſaepe coenabat, comeſſationes opulentas & lauta conuiuia prorſus abhorrebat. Pompa ei multum diſplicebat, non tantum quia humilitati aduerſa eſt, ſed quia difficilis & quieti aduerſa. Auidiſſimus tamen honoris & gloriae fuit, quae res a magnis ingeniis haud facile ſeparari poteſt. Nunquam ſine ſocio cum fieri potuit, cibum ſumſit. Gratulabatur ſi ad menſam ſedentis amicorum quiſpiam ex inſperato veniſſet. Iuuenis multum in libidinem pronus fuit, filiam habuit, quam Franciſcolam nomine adpellauit, ex qua nepotem & generum vidit. Sepultura eius cum litteris marmore ſcriptis adhuc Teruiſii conſpicitur ante oſtium eccleſiae diui Franciſci, Franciſcoli eius gratiſſimi viri impenſa. Ex qua muliere illam genuerit haud compertum eſt, ni fuiſſet id, quod orator clariſſimus, & hiſtoricus facundiſſimus Candidus December mihi narrauit, cum de eo Ferrariae ſemel loqueremur. Magna conſuetudo cum viro illo mihi fuit, dicebat audiuiſſe a patre ſuo, qui Petrarchae contubernio vſus fuerat. Tempore, quo Mediolani mo-

norabatur, elegerat pro ſolitudine ſibi locum, haud procul a ciuitate, quem Linternum adinſtar Scipionis villam nominari voluit, nunc corrupto vocabulo Infernum nuncupatur. Mulier quaedam illorum de Beccariis pulcra quidem ad rus ſuum, quod parum ab iſto diſtabat loco, aeſtiuis temporibus veniebat, amore eius capta, hanc illi genuiſſe gnatam ferebatur. Sed de hoc veritas apud ſuum remaneat auctorem. Quater in hebdomada ieiunabat, ſextam feriam pane & mera aqua tranſigebat, tonitrua & fulgura expaueſcebat, ſomni fuit parciſſimus, veſtitus * fere ſemper dormiebat.

* Veſte vſus Petrarcha plerumque coriacea, in qua & ſcripſit. Sic Mabillonius de re diplomatica lib. 1. c. 8. fol. 32. ſcribit; Allatius volumina ex corio in Italiae, Germaniae, ac Graeciae bibliothecis abs ſe viſa teſtatur: & Petrarcha in coriacea veſte aliquando ſcribebat. Wagenſeilius in tractatu Germanico de Germaniae Phonaſcorum origine, praeſtantia, vtilitate & inſtitutis, affixo eiusdem commentationi de S. R. I. libera ciuitate Norimbergenſi p. 480. ſeqq. Petrarcha war mit einem Pelze bekleidet / und wenn er an denen einſamen Orten Valcluſa und Arqua, wo er ſich meiſtens

bat. In media nocte, vt clericum decet, ſurgebat, & quantum poterat, diuino numini ſoluebat officium. Deinde

---

auffhielt/ ſpatieren gieng/ und ihm aute Gedancken einfielen/ ſchrieb er ſolche auf ſeinen Peltz/ welcher auf ſolche Weiſe faſt gantz überſchrieben worden/ den man hernach faſt wie ein Heiligthum bewahret/ biß man vor geraumer Zeit aus Sorge/ er möchte jegend von der graſſirenden Peſt angeſtecket worden ſeyn/ ihn verbrennen müſſen. Equidem politiſſimi ingeni, vir Mag. Frider. Erneſt. Schultze/ in diſſertatione hiſtorica Lipſiae 1705. habita, qua eruditos ſine moribus recenſet, hanc etiam ob cauſam §. 13. Petrarcham in hunc numerum refert, ſed Iacobus Philippus Tomaſinus in Petrarcha rediuiuo cap. 23. p. 150. defendit ſcribens: Frugalem hunc inter parietes veſtiendi morem non a ſorditie, nec a moroſitate Cynica, a quibus alieniſſimus erat poeta ingenio nobili, moribusque politiſſimis natus, ſed a priori ſeculo manaſſe, ſuadet in primis innominati cuiusdam ſcriptoris Itali nondum editi auctoritas, qui imperante Federico floruit, cuius ob vetuſtatis notitiam non mihi praeter rem viſum integram, quamvis prolixiorem huc transferre narrationem ex manuſcriptis in mem-

de ad ſuos reuertebatur libros, aut legebat aut ſcribebat, quae ordinatim ad ſtudium pertinebant. Id quam maxime

branis titulo chronici Septem Ætatum, quod in muſaeo Cl. Ioan. Rhodii varia Librorum ſuppellectili inſtructisſimo obſeruaui. Per huius imperatoris tempora rudes erant in Italia ritus & mores. Nam viri infulas de ſquamis ferreis capite geſtabant inſutas biretis, quas adpellabant maiatas: in coenis vir & vxor vna manducabant paropſide: vſus inciſoriorum ligneorum non erat in menſis: vnus vel duo cyathi in familia erant: nocte coenantes lucernis, aut facibꝰ menſas illuminabant, facem tenente vno puerorum vel ſeruorum. Nam candelarum de ſero vel de cera vſus non erat. Viri chlamydibus pelliceis ſine operimento, vel laneis ſine pellibus, & infulis de pignolato etiam quando veniebant ad nuptias viris ſuis coniugatae. Viles tunc erant cultus virorum, & mulierum. Aurum & argentum rarum vel nullum erat in veſtibus. Parcus quoque erat victus. Plebeii homines ter in ſeptimana carnibus recentibus veſcebantur. Tunc prandio olera cocta cum carnibus. Coenam autem ducebant ipſis carnibus frigidis reſeruatis, non omnibus erat vſus vini aeſtate. Modica nummorum ſumma ſe locupletes habebant. Paruae tunc

omni aetate vitauit, ne temporis quidquam amitteret, de otio, vt Cato ſcripſit, rationem ſe reddere debere putans. Ad doctrinam, quamcumque voluiſſet, adplicuiſſet ingenium, ſed morali philoſophiae cognoſcendae multum ſtuduit, & artis poeticae facultati. Hiſtoricos, oratores legit omnes, ſed Cicerone, Virgilio & Tito Liuio delectatus, proceſſu temporis, poetarum libris non niſi ad ornatum vtebatur. Multum ad notitiam vetuſtatis incubuit, in hiſtoriis ſcribendis inſudauit plurimum, ſed multum illarum diſcordiis offenſus. Annoſior factus ſacras litteras amauit, in

erant cellae vinariae, horrea non ampla. Promptuariis erant contenti. Modica dote nubebant foeminae, quia earum cultus erat parciſſimus. Virgines in domibus patrum tunica de pignolato, quae appellatur ſotanum & paludamento lineo, quod dicebatur xocca, erant contentae. Ornatus capitis precioſus non erat virginibus aut nuptis. Coniugatae latis vittis tempora & genas ſub mentum vittabantur. Virorum tunc erat gloria in armis eſſe, & equis commodis. Nobilium locupletum erat gloria turres habere, quo tempore vrbes Italiae ſingulae multis turribus inclytae videbantur.

in quibus ſenſit non paruam dulcedinem abditam, quam aliquando contemſerat. Stilus eius copioſus eſt & magnus, in conſolando dulcis & in admonendo liber. Interdum iocatur ſalibus, ſed vbique reſtrictus, vt ille qui magis Senecae denſitatem, quam Ciceronis amplitudinem imitatur, vt perſaepe ex hoc recentiorem Senecam ipſum adpellauerim. Dicant quid volunt inuidi, eloquio fuit clarus & potens, vt ſtilus librorum indicat, atque vt vere dixerim, ille fuit, qui per tot ſecula exulantem & iam pene incognitam dicendi facultatem in noſtra tempora reuocauit, ſummus doctrina ſummus & eloquio. Scripta eius quocumque in genere habentur, iſta ſunt. De viris illuſtribus, de remedio vtriusque fortunae, de vita ſolitaria, de otio religioſo, de ſecreto conflictu curarum ſuarum, liber epiſtolarum ſine nomine, itinerarium, & liber rerum memorandarum. Comoedia vna Io. Columnae inſcripta, duo magni epiſtolarum libri, videlicet iuueniles & ſeniles epiſtolae, & haec ſoluta oratione. Duo ad maternam ſiue vulgarem linguam ſonnetorum libri, & triumphorum & rhythmorum. Triumphos non emendauit, nam ipſo mortuo inueniuntur in chartis, in vno colligati faſciculo.

Non-

Nondum exierant in publicum, quia vltimam non habuerant limam, vt luce clarius videri poteſt, vt in triumpho de fama, in quo multae replicantur hiſtoriae, quod vitium eſt maximum. Bucolicum carmen in duodecim eclogas diuiſum. Liber epiſtolarum ad Barbatum, & pſalmi poenitentiales magnae deuotionis pleni. Hos omnes Paulus Vergerius verſibus ita comprehendit:

Illuſtres celebrare viros, medicamina vtramque
Porrigere in ſortem tranquillae munere vitae
Dicere Franciſcus potuit, tractauit anhelos
Ore potens triplici materno ſtamine amores.
Carmina paſtorum ſenſus condentia miros
Cum caneret, magnum gracili ſpirauit auena
Africa necque minus fauſto res nomine digna
Multaque praeterea vario depromſit ab ore
Vltima ſacratis ſtudiis dans tempora vitae.

Poſtremo de Africa libro pro huius poetae excuſatione dicam quid ſentio, & perſtringam id, quod Vergerius in fine vitae Petrarchae ſcripſit. Librum in perfectum eſſe eius demonſtrat editi quia ordo ipſius rei prout res ſe habu rit, non procedit. Nam ſi ſecundi be ſumma ſpectetur, multa deeſſe conſ ciemus, vt Scipionis ex Hiſpania trai tum ad Syphacem. Sed quia a ple

que inter temeraria numeratur, forte de induſtria poeta intermiſit. Sed praeter hoc neque traiectionem exercitus in Africam, neque caſtrorum Syphacis nocturnam exuſtionem, aut vt poeta Syphax atque Hadrubal aperta acie victi ſane, neque vt infidus rex tandem in ſuo regno a Maſiniſſa & Laelio ſuperatus & captus ſit: ſed haec omnia, vt Vergerius ſcribit, ratio inducere potuit, cum ſupremam pugnam, quae inter duos ſummos duces, ſcilicet Scipionem & Hannibalem fuit, deſcripturus eſſet, quae bello finem poſuit, ne ſimilitudine rerum lectorem offenderet, ſciens volensque haec omnia praetermiſit. In vltimo quoque libro, in quo plurimum ſibimet loci fecit, ſomnium omiſit, quod poni, vt annotata deſcriptio demonſtrat, debuiſſet. Sed hi defectus fortaſſe dicendi non ſunt, quum ceterarum rerum ſplendore teguntur, & reliqui corporis pulcritudinem illuſtriorem reddunt. Sunt praeterea, quae monſtrant, non fuiſſe correctum opus, verſus dimidiati & imperfecti, vt eſt creberrime apud Maronem noſtrum, aliquando & imperfectae ſententiae, ſunt & male menſuratae ſyllabae, tamen ipſe in margine notauerat, vt ex multis exemplaribus videri poteſt, vbi ſignatae

con-

conſpiciuntur. Sed vt omnia breui concludantur, conſtat iuuenem iſtud cepiſſe poema, & in breui tempore quodam iuuenili ardore ductum ad finem perduxiſſe, ſi aetatem habuiſſet, futurum fuiſſe excellentius nemo ambigit. Nihilominus refertum eſt multorum documentis, & plenum poeticae fictionis. Magna in eo vetuſtatis & naturae cognitio, magna eloquentiae vis, magna perſpiciendi facultas, quod ſi vltimam impoſuiſſet manum, ſeu limare non neglexiſſet, praeclarum ſane euaſiſſet opus. Nec dubito illam fuiſſe cauſſam, quod male de eo ipſe in fine ſenſerit. Nam cum ſemel Veronae eſſet, & cum ad videndum ipſum multi proceſſiſſent viri, & vt illi placerent, ad id quod loquebatur propoſitum, carmina ſuae Africae cantare coeperunt, protinus cum audiuit, lacrimas emiſit, rogans ne vlterius procederent. Cum percunctarentur, quare hoc faceret, reſpondit; vtinam datum eſſet, vbi illud opus abolere poſſem, profecto nulla res magis grata, neque iucunda foret, quam illud ſi propriis manibus liceret comburere. Vergerius non minus clare hoc demonſtrare videtur, allegat eius epiſtolam, quam ſcribit ad poſteritatem, in qua de ſe deque libris ſuis ſcribit. Sic enim

de

de iſto libro inquit. Raro pater aliquis tam moeſtus filium vnicum in rogum miſit, vt ego librum illum, quem mihi multo labore genueram, & ſi ſcias quisquis haec legis, quanto id fecerim dolore, & omnes meos labores eo in opere perditos acriter tecum voluas, vix ipſe lacrimas contineas. Haec ſcripſit anno vno antequam moreretur. Sed quidquid fuerit, lectorem aequum meliorem partem tenere decet. Haec ſunt, mi Contarene digniſſime, quae de vita eximii noſtri Petrarchae habere potui: Scias velim nihil me temere ſcripſiſſe. Secutus enim ſum Paulum Vergerium, Cichum Pollentanum, Leonardum Aretinum, * & Philelphum, & noſtri auctoris ſcripta quantum potui. Ex meo Marte nihil poſitum eſſe ſcias, ſi quid iniquus forte lector reprehenderit, faciat meliora hortamur, vt nomen tanti

* Leonhardus Aretinus floruit circa annum 1450. de quo Florentinae muſae in templo ſanctae crucis tale exhibent epitaphium:

Poſtquam Leonhardus e vita migrauit
Hiſtoria luget, eloquentia muta eſt,
Ferturque muſas tum Graecas, tum
Latinas lacrymas tenere non potuiſſe.

Conring de philoſophia ciuili §. 83.

ti viri clarius elucescat. Ego hanc
tam tibi mitto, quaecum priscis illis cl
rissimis viris comparari potest, vt mea
erga te fidem & obseruantiam aliqua
parte notam facerem, simulque intel
geres, amare me dignitatem tuam
quam indies crescere minime dubi
Has lucubrationes, quas inter tot me
tribulationes & anguſtias scripsi sic
ille qui a maris latronibus in mari Pa
phylio PerugiaBuscaglino duce qui oli
Cantabri ducebantur, cum e Cypro ve
sus Italiam nauigarem, ab omnib
quae possederam, spoliatus exisso,
nunc ab effera gente Gallorum bis f
ctus sum praeda, tibi quales sunt mitt
rogans cum ab occupationibus fiscal
bus, quibus indies iussu sereniſſimi d
cis detineris, vacaueris, ac etiam po
quotidianos ciuilium, defensionumqu
forensium labores, quos ob tuam pen
tiam, bonitatem, iustitiam & doctrinar
exerces, vt oppressos erigas, & adiu
ues, quanta sit tua aequitas & iustitia a
omnibus cognoscitur. Cum igitur pau
lum ab iis vacaueris, rogo, oro, atque
contendo, vt haec mea legere non de
digneris, & si abs te comprobari sense
ro, me aliquid boni feciſſe reputabo.
Vale litteratorum decus.

FRANC

FRANC. PETRARCHÆ TESTAMENTVM.

SÆpe de eo mecum cogitans, de quo nemo nimis, niſi pauci ſatis cogitant, de nouiſſimis ſcilicet, ac de morte: quae cogitatio neque ſuperflua eſſe poteſt, neque nimium feſtina, & cum mors omnibus certa ſit, & hora mortis incerta: vtile & honeſtum credo, antequam me mors impediat, vel mors ipſa, quae per varios, & ambiguos rerum caſus ſemper nobis impendet, propter vitae breuitatem procul eſſe non poteſt, nunc Dei gratia, dum corpore ſimul atque animo ſanus ſum, de me ipſo ac de rebus meis teſtanda diſponere. Quamuis, vt verum fatear, tam paruae res ſunt meae, vt de ipſis quodammodo pudeat me teſtari: ſed diuitum, atque inopum curae de rebus, licet imparibus, pares ſunt. Volo igitur hanc meam voluntatem ordinare, ac ſcriptis committere, & propter quandam honeſtatem, & ob id maxime, ne de huiusmodi reculis meis, propter meam incurioſitatem, poſt meum obitum litigetur. Imprimis animam meam peccatricem, ſed diuinam miſericordiam implorantem, & de illa ſperantem, commendo humiliter IEſu

Chriſto, eique flexis ipſius animae genibus, vt a ſe creatam ſuique ſanctiſſimi ſanguinis pretio redemtam, protegat, affiſus ſupplico, nec permittat ad ſuorum manus hoſtium peruenire. Ad hoc etiam auxilium beatiſſimae virginis matris ſuae, & beati Michaelis archangeli, reuerenter, ac fidenter imploro, & ſanctorum reliquorum, quos interceſſores apud Chriſtum inuocare ſum ſolitus ac ſperare. Corpus autem hoc terrenum, ac mortale, nobilium grauem ſarcinam animorum, terrae, vnde origo eſt ſibi, volo reſtitui. Et hoc absque omni pompa, ſed cum ſumma humilitate & abiectione, quanta eſſe poteſt. De quo heredem meum, & amicos omnes rogo, obſecro, & obteſtor, & adiuro per viſcera miſericordiae Dei noſtri, & per caritatem, ſi quam ad me vnquam habuerint: neque falſi ſpem honoris hoc negligant, cum ſic omnino me deceat, ac ſic velim, ita vt, ſi forte, quod abſit, contrafecerint, teneantur Deo, & mihi de graui vtriusque offenſa in diem iudicii reſpondere. Et haec quidem de domo ſepulturae hoc addito, vt nemo me fleat, * nemo mihi lacrymas, ſed pro me

* Huc pertinent Ciceroniana de ſenectute c. 15. Solonis quidem ſapientis elogium

me Christo preces, &, qui potest, Christi pauperibus charitatem, pro me orare monitis, porrigat. Hoc mihi prodesse

---

est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum & lamentis vacare, vult, credo, se esse carum suis. Sed haud scio an melius Ennius:

Nemo me lacrymis decoret, neque funera fletu faxit.

Non censet lugendam esse mortem, quam immortalitas consequatur. Antonius Riccobonus professor olim eloquentiae Patauinus lib. 1. de gymnasio Patauino p. 13. de Ludouico Cortusio ICto Patauino idem fere narrat. Ludouicus Cortusius Patauinus ICtus, inquit, contra communem mortalium morem testamento interdixit propinquis suis lacrymas, solitasque funerum lamentationes Ennii clari vatis exemplo: & quaecumque lugubria solent ad moestitiam parari, abesse prorsus voluit, addita etiam graui multa heredi, si voluntatem suam exequi neglexisset. Contra vero pro his acciri iussit musicos, cantores, citharoedos, tibicines omnis generis, qui vario concentu vna cum clero funeris pompam partim praeirent, partim subsequerentur, iisque singulis mercedem dimidii nummi aurei, dandam statuit, ac mandauit, vt duode-

poterit: fletus autem, & defunctis inutilis & flentibus est damnosus. De loco autem non magnopere curo. Contentor poni vbicumque Deo placuerit, & iis, qui hanc curam suscipere dignabuntur. Si tamen expressius mea de hoc voluntas exquiratur, sepelire velim, si Paduae vbi nunc sum, moriar, in ecclesia S. Augustini quam fratres praedicatores tenent: quia & locus animae meae gratus, & iacet illic is, qui me plurimum dilexit, inque has terras piis precibus attraxit, praeclarissimae memoriae Iacobus de Carraria, tunc Paduae dominus. Si autem Arquadae, (vbi ruralis habi-

ta-

---

cim puellae inuptae viridibus pannis amictae feretrum subirent, ac vsque ad sepulcrum portatent, quæ omnes pariter de more laetantium, quaecumque vellent, modulantes, alta voce concinerent, relicta singulis certa pecuniae quantitate doctis nomine. Sic etiam Guilielmus Budaeus Lutetiae Parisiorum natus, senator regius, supplicumque libellorum in regia magister, morum sanctimonia & vitae inculpatae insignis innocentia pie tranquilleque vita excessit, abdicatis testamento prius omnibus prorsus funeris & tumuli honoribus. Iani Iacob. Boissardi thesaurus virtutis & gloriae parte II. p. 131. Adde Grauinae origenes iuris ciuilis p. 423.

tatio mea eſt, diem clauſero, & Deus mihi tantum conceſſerit, quod valde cupio, capellam ibi exiguam ad honorem beatiſſimae virginis Mariae exſtruere, illic ſepeliri eligo, alioqui inferius, in aliquo loco honeſto, iuxta eccleſiam plebis. Sin Venetiis moriar, poni volo in loco S. Franciſci de Vinea, illic ante oſtium eccleſiae. Sin Mediolani, ante eccleſiam B. Ambroſii iuxta primum introitum, qui ciuitatis muros adſpicit. Si Papiae, in eccleſia S. Auguſtini, vbi fratribus viſum fuerit. Si autem Romae, in eccleſia S. Mariae maioris, vel S. Petri, vbi erit opportunius, vel iuxta eccleſiam hanc vel illam, ſicut Canonicis placebit. Nominaui loca, quibus per Italiam conuerſari ſoleo. Ac, ſi Parmae, in eccleſia maiori, vbi per multos annos archidiaconus fui inutilis, & ſemper fere abſens. Sin vbicumque terrarum alibi, in loco fratrum minorum, ſi ſit ibi: ſin minus, in quacumque alia eccleſia, quae vicinior fuerit loco mortis. Haec de ſepulcro: plura fateor, quam virum doctum deceat, ab indocto dicta ſint. Nunc accedo ad diſpoſitionem earum rerum, quae vocantur bona hominis, cum potius ſaepe ſint impedimenta animi. Et primo quidem huic S. eccleſiae Paduanae, vnde percepi & commoda, & ho-

nores, ordinaui animum iam pridem pusillum terrae emere, quod eidem testamento dimitterem vsque ad summam quinque mille & ducentarum librarum huius paruae monetae, vel plus, si plus posſem. Sed ad hanc vsque summam habeo iam verbo licentiam a magnifico Paduae. D. D. Franciſco de Carraria, quam vel in vita mea, vel poſt obitum, quoties, ſeu quandocunque petita fuerit, daturum eſſe non dubito, ſicut illum, cuius non actum modo, ſed verba multa habeant in propoſito firmitatem: huiusmodi autem terram hactenus interuenientibus aliis expenſis, emere non valui. Si ergo ipſam emero, vt ſpero, faciam in inſtrumento emptionis poni, quod ipſam teneo animo relinquendi eccleſiae, & ex nunc ita facio. Quamvis eiusdem terrae ſitum non poſſim adhuc inſcriptis inſerere. Si autem, quoniam nonnunquam piae voluntates, propter peccata hominum, deduci nequeant ad effectum, dictam terram emere vel propter impotentiam, vel propter negligentiam omiſero: lego ipſi eccleſiae Paduanae ducatos ducentos auri ad emendum aliquantulum terrae, vbi melius fieri poterit. De cuius prouentibus perpetuum anniuerſarium animae meae fiat. Et ipſi D. ſupplico, ſi tunc vivet, ſicut cupio, & Deum precor, vt multos poſtea per annos

nos laetus, & felix viuat, vel si quod Deus auertat tunc ipse non viueret, precor aliumquem cumque, penes quem rei huius erit arbitrium, quatenus ob reuerentiam B. virginis, & mei, licet indigni, & pusilli hominis, respectum, concedat hoc fieri, & decretum super hoc suum fauorabiliter interponat. Lego autem ecclesiae, apud quam sepeliar, ducatos viginti: aliis autem ecclesiis quattuor ordinum mendicantium, si ibi fuerint, ducatos quinque pro quallibet. Pauperibus Christi lego centum ducatos distribuendos, vt videbitur, presbytero Ioanni Abocheta, custodi ecclesiae Paduanae: & hoc, si hic moriar, sin alibi, ad arbitrium praelati ecclesiae illius, in qua reconditus fuero. Ita tamen, vt de dicta quantitate nullus vltra singulos ducatos accipiat. Transeo ad dispositionem aliarum rerum. Et praedicto igitur magnifico D. dimitto tabulam meam, siue iconam B. virginis Mariae, operis Zoth, pictoris egregii, quae mihi ab amico meo Michaele Vannis de Florentia missa est. Cuius pulchritudinem ignorantes non intelligunt, magistri autem artis stupent. Hanc iconam ipsi D. Magnifico meo lego, vt ipsa virgo benedicta sibi sit propitia apud filium suum IEsum Christum. Amicis minoris

ſtatus, ſcilicet chariſſimis mihi, libenter magna dimitterem, ſi facultas eſſet vberior, ſed affectum librabunt. Magiſtro Donato de Prato veteri, Grammaticae Praeceptori, nunc Venetiis habitanti, ſi quid mihi debet ex mutuo, quod quantum ſit, neſcio, ſed vtique parum eſt, remitto, & lego, nec volo, quod heredi hanc ob cauſſam ad aliquid teneatur. De equis meis, ſi quos habuero in tempore tranſitus mei, qui placuerint Bunzanello de Viguntia, & Lumbardo a Serico, conciuibus Paduanis, volo, quod inter eos ſortiantur, quis primum eligat, quis ſecundum. Et praeter hoc dicto Lumbardo, qui rerum ſuarum curam depoſuit, vt res meas ageret, obligatum me confiteor in centum & tringinta quattuor ducatis auri, & ſolidis xvi. quos expendit in vtilitatibus meis, & multo amplius. Sed, facta vltimo inter nos omnium ratione, dictae quantitatis debitor remanſi: quam ſi ante acceperit, ſicut ſpero cito facere, bene erit: alioquin volo, quod heres meus ante omnia ſibi ſatisfacere teneatur, de quo debito chirographum meum habet, quod reſtituat heredi meo ipſe Lumbardus. Item lego ipſi Lumbardo ſcyphum meum parum rotundum argenteum, & auratum, cum quo bibat aquam, quam libenter bibit, mul-

multo libentius, quam vinum. Presbytero autem Ioanni Abocheta, custodi ecclesiae nostrae, breuiarium meum magnum, quod Venetiis emi pro pretio librarum centum, ea tamen lege illud ei dimitto, vt post eius obitum remaneat in sacristia Paduanae ecclesiae ad obsequium perpetuum presbyterorum, vt ipse presbyter Ioannes, & alii orent, si eis placeat, CHRISTVM & B. virginem pro me. D. Ioanni de Certaldo, seu Boccacio, verecunde admodum tanto viro tam modicum lego, quinquaginta florenos auri de Florentia, pro vna veste hiemali, ad studium lucubrationesque nocturnas. Magistro Thomae Bambasiae de Ferraria lego lentum * meum bonum, vt eum sonet non pro vanitate seculi fugacis, sed ad laudem Dei aeterni. Praedicti autem amici mei de paruitate huiusmodi legatorum non me accusent; sed fortunam, si quid est fortuna. Et propter hunc respectum distuli ad vltimum, quem primum esse decuit, magistrum Ioannem de Dundis, physicum, astronomorum facile principem, dictum ab horologio, propter illud admirandum planetarii opus ab eo confectum, quod vulgus ignarum horologium esse arbitratur. Cui lego quinquaginta ducatos auri pro emendo sibi vnum paruum annulum,

* *Fortasis lyram.*

nulum, digito geſtandum in memoriam mei. De facultatibus autem domeſticis ſic ordino. Bartholomeo de Senis, qui dicitur Pancaldus, viginti ducatos, quos non ludat. Zilio de Florentia, domicello meo, ſupra ſalarium ſuum, ſi quid ſibi debetur, viginti ducatos. Et, ſi haberem plures, paucioresue domicellos, ſupra ſalarium ſuum, pro quolibet florenos, ſeu ducatos x. famulis duos, pro quolibet coco duos. Et, ſi iſti, vel amici obiiſſent, vel domicilli, ſeu famuli obiiſſent priusquam morior, quod eis legabam, volo, vt redeat ad heredem meum. Omnium ſane bonorum meorum mobilium, & immobilium, quae habeo & habiturus ſum, vbicunque ſunt, vel erunt, vniuerſalem heredem inſtituo Franciſcum de Broſſano, filium q. d. Amicoli de Braſſano, ciuem Mediolani, portae Vercellinae. Et ipſum rogo, non ſolum vt heredem, ſed vt filium cariſſimum, vt pecuniam quamcunque, ſiue ſit plurima, ſiue ſit minima, (quia magna vtique non erit) meis rebus inuenerit, diuidat in duas partes, & vnam ſibi habeat, alteram numeret cui ſcit me velle, & de ea fiat, quod etiam me velle ſcit. Duo, antequam finiam hanc ſcripturam, addenda ſunt: vnum, quod modicum illud terrae, quod habeo vltra mon-

montes in comitatu Venusini, in villa seu castro Valclusae, dioecesis Tauilicensis, quia sine dubio, eundo illuc, vel etiam mittendo, quodammodo plus expenderetur, quam res valeat, volo, quod sit hospitalis dicti loci, & in vsu pauperum CHRISTI. Et, si forte hoc fieri non posset, impediente aliquo iure, vel statuto, volo, quod sit Ioannis, & Petri, fratrum, q. Raymundi de Raymundis, qui Moneta communiter dicebatur, & fuit obsequiosus, & fidelis mihi valde. Et, si dicti fratres, vel eorum alter obiisset, volo, quod veniat ad filios, vel nepotes, in memoriam dicti Monetae. Alterum, quod illud modicum, quod habeo in bonis immobilibus in Padua, vel territorio Paduano, vel inposterum habiturus sum, volo, quod sit heredis mei, vt cetera: sed hac lege, quòd nec per se, nec per alium horum aliquid alienari possit, venditione, aut donatione, aut perpetua emphytheusi, aut quovis alio modo: nec etiam pignorari vsque ad completos xx. annos, a die mei obitus computandos: quod pro vtilitate ipsius heredis ordino, qui ignorantia rerum labi posset, quas cum plene nouerit, puto non libenter alienabit. Sin autem forte, quia omnes sumus mortales, nec omnino vllus est ordo moriendi, dictus

Fran-

Franciſcus de Broſſano (quod auertat DEVS) ante me moriatur: tunc heres meus eſto Lumbardus a Serico praedictus, qui plane animum meum nouit; quem vt in vita fideliſſimum expertum, non minus fidelem ſpero poſt obitum. Haec iure teſtamenti, aut alterius vltimae voluntatis: ſeu quocunque alio modo melius valitura conſcripſi manu propria, Paduae in domo eccleſiae, quam habito, anno Domini MCCCLXX. pridie Nonas Aprilis. Et Nicolaum notarium, filium q. ſer Bartholomei, & Nicolaum, filium ſer Petri, notarios infra ſcriptos, rogaui, prout in eorum ſubſcriptionibus infra ſcriptis continetur. Vnum addo, quod ſtatim poſt tranſitum meum heres meus ſcribat ſuper hoc fratri Gerardo Petrarcho, monacho Cartuſienſi, germano meo, qui eſt in conuentu de Maternio prope Maſſiliam, vt det ſibi optionem, vtrum velit centum florenos auri, an ſingulis annis quinque, vel decem, ſicut ſibi placeat. Et, quod ipſe elegerit, illud faciat.

Ego Franciſcus P. ſcripſi, qui teſtamentum aliud feciſſem, ſi eſſem dines, vt vulgus inſanum putat.

Eundem Petrarcham Bibliothecam ſuam Reip. Venetae dono dediſſe, ſcriptum eſt in Tabulario Veneto his verbis. Con-

Conſiderato, quantum ad laudem Dei, & B. Marci Euangeliſtae, ac honorem, & famam ciuitatis noſtrae futurum eſt illud, quod offertur per Dominum Franciſcum Petrarcham, cuius fama hodie, tanta eſt in toto orbe, quod in memoria hominum non eſt iamdiu inter Chriſtianos fuiſſe, vel eſſe philoſophum moralem, & poetam qui poſſit eidem comparari; acceptetur oblatio ſua ſecundum formam infra ſcriptae cedulae, ſcriptae manu ſua: & ex nunc ſit captum, quod poſſit expendi de monte pro domo, & habitatione ſua in vita eius, per modum affictus, ſicut videbitur domino, conſiliariis, & capitibus, vel maiori parti. Cum procuratores eccleſiae S. Marci offerant facere expenſas neceſſarias, pro loco, vbi debuerint reponi, & conſeruari libri ſui. Et eſt capta per VI. conſiliarios, tria capita de XL. & vltra duas partes maioris conſilii. Tenor autem dictae cedulae talis eſt. Cupit F. beatum Marcum Euangeliſtam ſi Chriſto, & ſibi ſit placitum, heredem habere, neſcio quot libellorum, quos nunc habet, vel eſt forſitan habiturus hac lege, quod libri non vendantur, neque quomodolibet diſtrahantur, ſed in loco aliquo ad hoc deputando, qui ſit tutus ab incendiis, atque imbribus, ad ſui

ipſius

ipſius honorem, & ſui memoriam, nec non ad ingenioſorum, & nobilium ciuitatis illius, quos continget in talibus delectari, conſolationem qualemqualem & commodum perpetuo conſeruentur. Neque appetit hoc, quod libri, vel valde multi, vel valde pretioſi ſint: ſed ſub hac ſpe, quod poſtea de tempore, in tempus, & illa glorioſa ciuitas alios ſuperaddet e publico, & priuatim nobiles atque amantes patriae cives, vel forte etiam alienigenæ ſecuti exemplum, librorum ſuorum partem ſupremis ſuis relinquent voluntatibus eccleſiae ſupra dictae: atque ita facile poterit ad unam magnam & famoſam bibliothecam, ac parem veteribus, peruenire. Quae quantae gloriae futura ſit illo Domino, nemo litteratus eſt, puto, nec idiota, qui neſciat. Quodſi, DEO, & illo tanto patrono urbis noſtræ auxiliante, contigerit, gaudebit ipſe F. in Domino gloriabitur, ſe quodam modo fuiſſe principium tanti boni. Super quo, ſi res procedat, forte aliquid latius ſcribet. Verum, ut aliquid plus, quam verba, ponere in tanto negotio videatur, vult hoc facere quod promiſit. Pro ſe interim, & pro dictis libris, vellet unam non magnam ſed honeſtam domum: vt, quicquid de ipſo humanitas

tas contigerit, non posset hoc eius propositum impediri. Ipse quoque libentissime, moram trahat ibidem, si bono modo possit. De hoc enim non est ad plenum certus, propter multas rerum difficultates. Sperat tamen.

ADDITAMENTA CVRIOSA EX MASSONO.

PEtrarcha Homerum sua impensa e Graeco in Latinum primus fieri curauit, qua de re epistola ad Lucam de Penna libro decimo quinto rerum senilium ita scribit: non per Italiam modo vbi eram notior, sed per Gallias, atque Germaniam, & vsque ad Hispaniam, atque Britanniam, dicam quae mirem?, & in Graeciam misi, & vnde Ciceronem expectabam, habui Homerum, quique Graecus ad me venit, mea ope & impensa factus est latinus, & nunc inter latinos volens mecum habitat, & quid tibi vis? labor omnia vincit improbus inquit Maro. Masso parte 11. elog. pag. 72.

MVLTA SINE PRÆCEPTORIBVS DIDICIT.

In Grammatica quidem & iure ciuili praeceptores habuit, in ceteris vero rebus

bus caruit, vt oſtendit libro ſecundo de vita ſolitaria. Solebat, inquit Bernardus, dicere, omnes ſi quas ſciret litteras, quarum neſcio an alterius ſua aetate copioſior fuerit, in ſiluis & in agris didiciſſe, non hominum diſciplinis, ſed meditando & orando, nec ſe vllos vnquam magiſtros habuiſſe praeter quercus & fagos. Maſſo ibid. p. 78.

PISCANDI STVDIVM IN PETRARCHA.

Non putabam Petrarcham piſcari ſolitum, niſi legiſſem epiſtolam eius ad Ioannem Columnam Cardinalem verſibus conſcriptam, in qua haec verba reperi:

Retia nunc ſunt arma mihi, & Myrinthius error
Viminea contextus acri, qui pernius vndis
Pro gladiis curuos hamos fallacibus eſcis
Implicitos, tremulaſque ſudes, paruumque tridentem
Piſcator modo factus ego, quo terga natantum
Siſtere iam didici, duroque attingere ſaxo
Primitias en flumine nunc transmittimus artis

Et

Et verſus quot clauſa domus habet arcaque vallos
Tot tibi piſciculos, & ruſtica carmina paſcit.

ODIVM MEDICORVM.

Quanto odio medicos fere omnes proſequeretur Petrarcha, ex duobus locis eius, etſi plurimi in eos extant, facile oſtendetur: primum ex epiſtola ad Io. Boccacium libro decimo quarto rerum ſenilium. Tecum igitur a me ſalus abiit, nunquam poſtea ſanus fui, nunquam, vt auguror, ſanus ero: ita morbum & ſanitatem aetas nihil adiuuat, niſi forte me putas, aut medicos conſulere, aut plus illis fidei habere ſolito: ego vero in dies magis magisque monſtrum illud horreo, arceoque vt hoſtes a limine, niſi quos interdum non medicinae, ſed amicitiae ius admitti iubet, ea lege, vt omnium quae dixerint, nihil faciam aut patiar. Hoc igitur inſigni odio motus Clementi ſexto pontifici maximo tunc aegrotanti haec ſcribit: lectum tuum obſeſſum medicis ſcio, hinc prima mihi timendi cauſſa, diſcordant enim de induſtria, dum pudet noui nihil adferentem alterius haeſiſſe veſtigiis. Et epiſtola ad Franciſcum Senenſem phyſicum

libro decimo quinto rerum ſenilium. Romanum, inquit, Pontificem, tunc Clementem ſextum aegrotantem, bona fide monueram, vt caueret a medicis, non quidem ab omnibus, ſed a multis, exemplo illius, qui ſepulcro ſuo moriens iuſſit inſcribi: turba medicorum perii, eligeretque non duos quidem medicos, ſed vnum tantum, non eloquentia ſed ſcientia & fide pollentem. Maſſonus ibidem p. 150.

ADDITAMENTA CVRIOSA DE FRANCISCI PETRARCHÆ FILIA FRANCISCA, GENERO ET NEPOTE EX IAC. PHIL. THOMASINI PETRARCHA REDIVIVO CAP. XXII. p. 142.

FLorente aetate natam fuiſſe Poëtae filiam, plerisque notum eſt, publicisque monumentis ſatis teſtatum. Obſcurior tamen eius eſt ortus. Vnus hic Squarciaficus refert, oratorem & hiſtoricum Cl. Candidum Decembrem ſibi narraſſe, quod a patre ſuo Petrarchae contubernali accepiſſet, poetam, Mediolani dum eſſet, ſeceſſiſſe in vicum vrbi vicinum, qui Linter-

num

num dicebatur, vulgo corrupte infernum, vbi ex familiari conſuetudine, foeminae clariſſimae de Beccariorum domo, illius amore captae, ſuſceperat natam elegantis formae atque indolis, cui inditum Franciſcolae nomen. Haec nubilis Franciſco de Broſano Mediolanenſi, filio quondam D. Amicoli Portae Vercellinae in matrimonium tradita, feliciter cum ipſo vivit annos decem, Velutello & Gesualdo teſtibus, patrique ſuperuixit; quamvis verba teſtamenti Petrarchae, quibus anno 1370. Franciſcolum heredem inſtituit, nullam filiae mentionem faciunt. Poeta nempe vita excesſit anno 1374. filia vero 1384. quemadmodum in Hiſt. Taruiſinae lib. x. pag. 575. diſerte notauit Cl. Vir Io. Bonifacius Hiſtoricus & IC. inſignis, de patria bene meritus. Lectiſſimae matronae epitaphium praeter Bartholomaeum Burchelatum lib. II. Mem. Taruiſinae Hiſtoriae, vulgarunt diuerſi itinerum Italicorum ſcriptores, cuius ectypon heic damus ex eo, quod Taruiſii in ſtrato marmoreo ad D. Franciſci oſtium auſtrale conſpicitur, vnde ipſam multis filiis aliquamdiu editis in partu tandem excesſiſſe colligitur.

FRANCISCAE PARIENTI PEREMPTAE
FRANCISCI PETRARCHAE
LAVREATI FILIAE
FRANCISCOLVS DE BROSSANO
MEDIOLANENSIS MARITVS.

Conſpicitur etiam in tabula marmorea, inibi monumentum hoc Franciscolae alloquio omnem ferme eius vitae feriem tradens:

Tuſca parente pio, ſed facta Liguſtica dulci
Coniuge, iam proles plurima clara fuit.
Nulla magis ſeu fida Viro, ſeu ſubdita patri,
Seu magis externae neſcia laetitiae.
Nomen erat FRANCISCA meum, ſtudium ſed honeſtas,
Dos mea ſimplicitas, & ſine labe pudor.
Me mea ſors varie puerili vexit in aevo,
Hic immota quies, hic mihi certa domus.
Iam matrona quidem, ſed adhuc florentibus annis
Eripior terra, reſtituorque polo.

Quam chare eam habuerit Franciscolus coniux, ex tam ſplendida memoria ſatis coniicitur. Quantis vero ingenii dotibus ipſe fuerit laudatus, modo indicat Bonifacius, qui eum iure ciuitate donatum tradit, ut merito generi & chariſſimi filii titulo a poeta noſtro honeſtatus fuerit. Filius inter ceteros, qui

qui Francisci nomine infans obiit, quam fuerit egregia forma & Petrarchae ſimillimus ex epiſtola IV. lib. x. ſenil. conſolatoria ad Donatum Apennigenam Grammaticum ſuper illius filii ſuique ſimul nepotis immaturo obitu conſpicuum eſt. Vbi ſic ille. *Ego filium deſidero, tu nepotem. CHRISTUM enim & amicitiae fidem iuro plus me illum amaſſe, quam filium. Non illum ego, quod ad rem, at mei genuerant Franciſci, qui vt noſti, per ſe quisque non minus, quam ego ipſo animo meo chari ſunt. Ita ex duobus longe mihi chariſſimus progenitus, duplo mihi erat charior, quam ſi ex me genitus fuiſſet. Tu antiquum ac praeclarum tuo nomen, nos noſtro humile ac domeſticum dederamus, imo vtrumque tu dederas, tuus Solon magni ſi fors ſineret profectus augurium, noſter vtriusque parentis, meumque ſimul nomen nactus erat, ita & ſolatium vitae ingens, & ſpes domus ac iucunditas, & nobis tribus quartus iam Franciscus acceſſerat. Obtigerat illi credo, ut hinc acrius dolerem, & ingenium & formae rarum decus, regium diceres infantem. Æquaturus apparebat formae gratiam paternae, ſed victurus ingenium, quod deterrimum in illo dixerim, ſic me ore referebat, vt ab ignorantibus matrem prorſus ex me genitus credi poſſet:* Et paulo poſt: *Cum vix eſſet anniculus, in illius vultu meam faciem te vidiſſe, & hinc*

neſcio, quid magnae ſpei iam tunc animo concepiſſe memini. Quae quidem ſimilitudo, in tanta aetatum diſtantia, tam inſignis, ipſis quoque parentibus chariorem, eumque atque omnibus paſſim charum, ſed imprimis magno illi Ligurum Domino tam acceptum fecerat, vt qui paulo ante, ſui vnici infantis interitum ſiccis oculis ſpectaſſet, noſtri obitum ſine lacrymis vix audiret. Quoniam vero gratiam aliam referre mortuo non licet, quam ſtatuae aut ſepulchri, quid hic praeſtiterit poeta, porro audiendus: *Omnem meae fragilitatis hiſtoriam, vt noris, buſtum ego marmoreum illi infantulo apud Ticini vrbem, biſſex elegis inſcriptum litterisque aureis exaratum ſtatui, quod vix alteri facerem, & mihi ab altero fieri nollem.* Affectus adeo teneri cauſam more ſubiungit: *Hoc illi gratum volui, non cauſam lacrimis, vt Maro ait, ſed memoriae non tam meae, cui nec ſaxo, nec carmine opus erat, quam eorum, quos illuc caſus attulerit, vt ſciant, quantum ille ſuis ab ipſo vitae principio charus fuit.* Elegia haec eſt:

Vix mundi novus hoſpes eram, vitaeque volantis
Attigeram tenero limina dura pede:
Franciſcus genitor, genetrix Franciſca, ſecutus
Hos de fonte ſacro nomen idem tenui:
In-

Infans formoſus, ſolamen dulce parentum,
Hinc dolor: hoc vno ſors mea laeta minus.
Cætera ſum felix, & verae gaudia vitae
Nactus, & aeternae, tam cito, tam facile.
Sol bis, luna quater flexum peragrauerat orbem,
Obuia mors, fallor, obuia vita fuit.
Me Venetum terris dedit vrbs, rapuitque Papia:
Mec queror, hic coelo reſtituendus eram.

INDEX

INDER RERVM.

A.

ADoleſcentiae errores. 2.
Aduocati a Scaligero graphice deſcripti. 13.
Aemulatur Dantem Petrarcha. 29.
Africae conficiendae occaſio. 17. 60. 61.
Albertus dux Auſtriae Ghibellinam factionem in ſedes reponere vult. 25.
Amicitiae cultor. 53.
Amor Petrarchae. 5.
Annulo Petrarcha circumfert faciem Boccaci. 48.
Annuli legatum. 73.
Apitius. 4.
Apoplexia vexatur Petrarcha. 43.
Arborum fructus contra libidinem. 53.
Archidiaconus fit Petrarcha. 43.
Aretini (manus typographi ſcripſit Autini) honorant Petrarcham. 48.
Aretinus Leonhardus. 63.
Αὐτοδίδακτος Petrarcha fuit in pleriſque. 79.

B.

Bibebat vinum dilutiſſimum. 54.
Broſſano ſepulcrum extruit Petrarcha. 50.

C.

de Carrharia amicitiam Petrarchae quaerit. 21.
Canonicus Petrarcha fit Paduae. 22.
Corpus Petrarchae. 3.
Conuiuia. 5.
Conſiliis Io. de Columna ſaepius vtebatur. 17.
de Corrigia ſunt liberaliſſimi. 20.
Combuſtio librorum Petrarchae. 34.
Columnae amor in Petrarcham. 36.
Coronationis poeticae actus. 42.
Cortuſius a duodecim puellis innuptis feretrum ſuum portari vult. 68.

D.

Diuitiarum contemtus. 4.
Domus Petrarchae. 41. 48.

E.

Eloquentia Petrarchae. 4.
Equos legat. 72.
Exilio natus Petrarcha. 4.

F.

Filia Petrarchae. 54. 81.
Frater Petrarchae Ghirardus. 25.
Franciſcolus nepos Petrarchae. 85.
Funeris Petrarchae ordinatio 66. 67. 68.
Funeris honores, Ennius, Cortuſius, Budaeus reſpuunt. 66. 67.

G.

Ghibellinae factionis ſuſpitio. 3.
Guerſenſius. 2.

H.

Heres Petrarchae vniuerſalis. 74.
Hiſtoriis delectatus Petrarcha. 11. 58.
Homerus latinus factus. 79.

I.

Icon B. virginis Mariae legata. 71.
Inuidia laureae comes. 20. 42.
Itinera Petrarchae. 37.
Iurisprudentiam auerſabatur Petr. 13. 30, 31.

K.

L.

nas litteras Petrarcha reſtituit. 23.
reae poeticae oblatio. 38.
reae poeticae contemtus. 39.
rettae Amor. 38.
rettae nuptias non vult. 44.
ata Petrarchae. 71.
i Petrarchae. 59.

M.

er Petrarchae. 24.
jiae accuſabantur Poetae. 49.
icorum odium. 81.
s Patris & Matris. 34.
tis cogitatio. 65.

N.

nitatis locus Petrarchae. 3.
fragium paſſus Petrarcha. 28.

O.

uio offenſarum. 8.

P.

i amat ſorororem Petrarchae. 45. 46.
e exilium Auinionenſe. 12.

Parisienes offerunt laurum. 17.
Patris ira in filium iura auersantem. 32.
Patria potestas non extenditur ad studia liberorum. 33.
Peregrinandi studium. 15.
Petrarcha portatur praeualidi iuuenis dextra. 26.
Petrarcha aperti animi. 45.
Posteritatis iudicium. 1.
Principium familiaritas. 9.
Praeceptores Petrarcham laudant. 28.29.
Pulchritudo Petrarchae. 26.
Puer indicat Petrarcham vt sapientissimum. 52.

Q.

R.

Robertus Rex Neapolitanus examinat. 19.40. & lauream offert, & commendat senatui Romano. 20.
Roma offert laurum. 17.
Rusticus sepeliri vult in Petr. sepulcro. 51.

S.

Sacrae litterae a Patrarcha contemtae. 10.
Schultzius inter eruditos sine moribus refert Petrarcham, sed Tomasinus defendit. 56.

Sc

phus Petrarchae legatur. 72.
lus Petrarchae Senecae ſimilis. 59.
perbia. 6.
uarzafichi fata. 64.

T.

ubmanni ſententia de ſtudiis filii. 33.
mporis cura. 58.

V.

llis clauſa. 16. 37.
ſtitus Petr. 55.
netorum altercationes. 49.
ſus Petrarchae. 4.
ſus comes Anguillariae coronat Petr. 31.

FINIS.

ERRATA.

p. 12. pro parentiaus lege parentibus.

p. 34. in notis lege neſcio quo, ſed re nime generoſo conſilio.

p. 48. pro Autini lege Aretini.

Haro